

URKUNDEN DES KLOSTERS NEUKLOSTER: 2

Georg Christian Friedrich Lisch







MEKLENBURGISCHE

URKUNDEN,

GESAMMELT UND BEARBEITET

UND

MIT UNTERSTÜTZUNG DES VEREINS

FÜR

MEKLENBURGISCHE GESCHICHTE UND ALTERTHUMSKUNDE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. C. F. LISCH,

Grossherzogl. meklenburgischem Archivar und Regierungs-Bibliothekar, Aufseher der Grossherzoglichen Alterthümer- und Münzensammlung zu Schwerin, der deutschen Gesellschaft zu Leipzig und der alterthumsforschenden Vereine im Voigtlande, zu Stettin, Halle, Kiel, Salzwedel, Sinsheim, Berlin, Kopenhagen und Hamburg Ehren- und correspondirendem Mitgliede,

auch

erstem Secretair des Vereins für meklenburgische Geschichte und Alterthumskunde.

ZWEITER BAND.

URKUNDEN DES KLOSTERS NEUKLOSTER.

SCHWERIN, 1841.

IN COMMISSION IN DER STILLERSCHEN HOFBUCHHANDLUNG ZU ROSTOCK UND SCHWERIN.



Gedruckt in der Hofbuchdruckerei.

Vorwort.

Es erscheint hier der zweite Band der meklenburgischen Urkunden, welcher die gesammten Urkunden des Klosters Sonnenkamp (Campus Solis) oder Neukloster umfasst. War es bei der Herausgabe des ersten Bandes Hauptzweck, die älteste Geschichte Meklenburgs und Pommerns und die Topographie des unbekanntern östlichen Theils des Vaterlandes aufzuklären, so ist es bei der Herausgabe des vorliegenden Bandes Hauptzweck, durch Mittheilung sämmtlicher Urkunden des Klosters Neukloster nach den Originalien im Grossherzoglichen Geheimen- und Haupt-Archive zu Schwerin die vollständige Geschichte der vorzüglichsten weiblichen Stiftung des Mittelalters in Meklenburg zu liefern: das Cistercienser-Kloster Neukloster war das älteste und reichste Nonnenkloster im Lande und erfreute sich verhältnissmässig einer ähnlichen Gunst der Landesherren und eines ähnlichen Ansehens, wie das Cistercienser-Mönchs-Kloster Doberan. Daher sind, auch um

überhaupt einmal, zur Erkenntniss der viel besprochenen Einrichtung und Bestimmung der Nonnenklöster, die Geschichte eines uralten Instituts vollständig zu liefern, alle Urkunden der Stiftung mitgetheilt, die unwichtigern jedoch, namentlich die vielen immer gleichlautenden Rentenverkäufe aus dem 15. Jahrhunderte, in Auszügen, welche alles enthalten, was einigermassen wichtig ist. Diese Urkunden werden daher auch zugleich ein treues Bild der Entwickelung aller Zustände des Mittelalters geben. Für Topographie, Fürstengeschichte, Rechtsgeschichte und andere Seiten der Geschichte geben sie ebenfalls viel Ausbeute; interessant werden sie noch durch die Beziehungen mit der alten Handelsstadt Lübeck, welche in diesen Urkunden so oft hervorleuchten.

Bekannt war von der Geschichte dieses Klosters bisher sehr wenig. Es waren früher nur vier Urkunden vollständig gedruckt, nämlich die Fundations-Urkunde Heinrich Borwins und die Confirmations-Urkunde Brunwards, beide vom J. 1219, (Nr. I. und II.) in Schröders pap. Mekl. I., pag. 523 und 526, die Schenkungs-Urkunde der Fürstin Anastasia vom J. 1275 (Nr. XXVI.) in Schröders pap. Mekl. I., pag. 740 und die Urkunde über die Erwerbung des Klosterhofes in Wismar vom J. 1318 (Nr. LXII.) in Schröders pap. Mekl. I., pag. 975; diese Urkunden sind jedoch, wie alle alten Urkundendrucke, voll von Fehlern, namentlich in den Namen, auf welche für die ältesten Zeiten so viel ankommt. Ausserdem theilt Schröder hin und wieder noch

einige Nachrichten über Memorienstiftungen und Legate und einige andere Urkunden in dürftigen Auszügen mit, z. B. die päpstliche Confirmation vom J. 1267 (Nr. XXI.) I., pag. 675, Herzogs Barnim von Pommern Schenkung vom J. 1267 (Nr. XX) I., pag. 716, des Fürsten Nicolaus von Werle Confirmation vom J. 1272 (Nr. XXIV) I., pag. 733, der Fürsten von Werle Verleihungs-Urkunde vom 1. Oct. 1275 (Nr. XXVII) I., pag. 744, der Fürstin Anastasia Verleihungs-Urkunde vom J. 1283 (Nr. XXXII) I., pag. 771. — Bei Gelegenheit dieser wenigen Mittheilungen führt Schröder die bekannte bittere Klage über die damalige (1739) Unzügänglichkeit des fürstlichen Archivs, indem er I., pag. 675 bei Mittheilung der päpstlichen Confirmations-Bulle sagt:

„Ist es doch Schade, dass die gantze Bulle „nicht ist abgeschrieben. Wo selbige „gantz zu finden, das weiss man „wohl, aber — — — vielleicht erhält „sie künfftig jemand und theilt sie dem „Publico mit“.

Grund genug, diese hundertjährige Aufforderung zum Besten der vaterländischen Geschichte zu erfüllen. — Einen besondern Werth erhält der Neuklostersche Urkunden-Vorrath noch dadurch, dass er einige alte Register (Nr. CLXXVIII bis CLXXXI.) enthält, Documente, welche im Norden Deutschlands höchst selten sind.

Bei der geringen Theilnahme, welche auch gegenwärtiges Unternehmen, wie jede frühere Mittheilung von Urkunden, gefunden hat, hat der

Verein für meklenburgische Geschichte und Alterthumskunde die Druckkosten für diesen zweiten Band übernommen; diesem wird bald, aus dem Erlöse der beiden ersten Bände, der dritte und letzte Band folgen, welcher die vielbesprochenen Dotations- und Confirmations-Urkunden und einige andere Fundamental-Urkunden des Bisthums Schwerin in möglichst reiner Gestalt und gewünschte Register über alle drei Bände enthalten wird.

Die Revision des gegenwärtigen Bandes hat ebenfalls der Herr Pastor Masch zu Demern gütigst übernommen.

Schwerin, im Monat Julii 1841.

G. C. F. Lisch.

URKUNDEN

DES

CISTERCIENSER-NONNEN-KLOSTERS

SONNENKAMP

ODER

NEUKLOSTER.

Nr. I.

Der Fürst Borwin I. von Meklenburg gründet und bewidmet das Kloster Sonnenkamp.

D. d. 1219.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Scientes quod cui plus committitur, plus ab eo exigitur, oportet nos patrem misericordiarum, a quo est omne datum optimum, de collata nobis ab eo substantia honorare, quod ipsius retribuente clementia fructificet in centuplum. Vnde, quia scimus, ad eos potissimum recurrendum, de quibus fidutialius speratur auxilivm, ego Heinricus Burwinus dei gratia princeps Slavorum cvm filiis meis Heinrico et Nicolao et voluntate vxoris mee Adeleidis, eligentes patrocinium beate Dei genitricis Marie sanctique Johannis apostoli et euangeliste, ob gratiam ipsorum promerendam, construximus monasterium in honorem ipsius piissime virginis et dulcissimi comitis eius beati Johannis, statuentes vt sanctimonialium sub regula beati Benedicti militantium ibi collegivm habeatur. Ad quarum sustentationem de nostro patrimonio contulimus villam Cuszin, ubi locus idem fundatus est, qui nunc campus solis vocatur. Hiis adiecimus villas Marutin, Gusni cum lacu adiacenti, preterea villam Parcowe, ubi primo claustrum situm fuit, XX^{ti} VI mansos continens, villam XVII man-

sorum, quam Zurizlaf habuit, quam pro villa Jordanis commutauimus, in villa, que dicitur Malbodendorf, VI mansos et dimidietatem molendini et dimidietatem piscature prope mare, stagnum prope Wichmannesdorp, in indagine in uilla, que dicitur Bruneshovede, XXX mansos et piscaturam dimidiam etiam iuxta mare; in provincia etiam Rodestoch in minori Zwerz VIII mansos, in villa, que dicitur Camin, VI mansos; contulimus eciam eidem monasterio locum, qui dicitur Colche, cum omnibus pertinentiis suis eodem ivre, quo habebatur tempore patris nostri, sicut etiam habebant illi, qui dicebantur Retiburize, insuper ibidem locum molendini et totaliter piscaturam, preterea superius et inferius, usque ubi ager eiusdem loci terminatur, dimidiam piscaturam; piscaturam etiam Modentin et X mansos Kerstane; in terra Cutsin in uilla, que dicitur Techutin, XX mansos et stagnum cum adiacente silua. Hec omnia, iuri nostro sponte renuntiantes, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum beate Dei genitrici Marie et beato Johanni euangeliste in predicto cenobio seruientibus eodem iure contulimus, uelut collata sunt Doberanensibus que possident, ut per hec religio ibidem in futura secula propagetur et earum necessitatibus in finem mundi consulatur. Vt igitur hec rata et inconuulsa permaneant, hanc paginam conscriptam sigillorum nostrorum impressione fecimus communiri, Dei omnipotentis indignationem et iuste sententie dampnationem imprecantes eis, qui forte huic tam legitime ac religiose ordinationi nostre ausu temerario contraire attempta-

ueri[n]t. Huius rei testes sunt: dominus Bru[n]wardus Zwerinensis episcopus, Bruno prepositus, Appollonius scolasticus, Laurentius, Eustachius, canonici Zwerinenses; Matheus abbas, Sighebodo prior, Rotherus, Hugo, Hildebrandus cellerarius, Johannes camerarius, in Doberan; Walterus de Buchue, Stephanus de Rodestoc, Ouo de Lubowe, Fridericus de Nienburg, sacerdotes; de laicis vero: Thetlevus de Godebuz, Ludolfus de Ganzowe, Heilardus de Vifle, Heinricus Holtsatus, Raulinus, Dummamir, Wartis, Pribus, Zise, Nacon, Newoper, Janich, Merezlaf et alii quam plures.

Addidit etiam predicte ecclesie per consensum nostrum quidam Hermannus de molendino suo in Chrupelin III *dremit* singulis annis exhibenda, donec de rebus suis mansum tantum soluentem obtineat. Alvericus etiam dicti loci primus prepositus villam Minnowe, quam cum omni integritate fructus et iuris a nobis in pheodo tenuit, resignans prefato cenobio, eodem iure obtinuit. Ecclesiam quoque Kizsin et villam Rokentin contulimus. Preterea uillam Waldenhagen cum Hadeleida cognata prefati prepositi oblatam iuri nostro renuntiantes eis libere contulimus.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC° XIX°, presidente Romane sedi domino Honorio III°, regnante Friderico rege Romanorum invictissimo.

Auf einem grossen, langen Pergament in einer fetten, etwas unregelmässigen Minuskel, in welcher die langen Buchstaben häufig noch mit Schnörkeln verziert sind; die Zeilen stehen auf Linien, welche mit Dinte gezogen sind. An einer Schnur von geflochtener rother und gelber Seide hängt

aus geläutertem, festem, weissem Wachs das grosse, runde Siegel Borwins I. mit einem schön modellirten, links hin schreitenden Greifen in leerem Siegelfelde; die Umschrift lautet:

✠ SIGILLVM. BVRWINI. MAGNI:POLONENSIS.

Dieses Siegel ist gewiss eines der schönsten und am besten erhaltenen aus so alter Zeit in den norddeutschen Archiven. Zu beiden Seiten der Siegelschnur sind Löcher für zwei andere Siegel eingestochen, in welchen jedoch kein Siegelband hängt. — Bemerkenswerth ist das häufige Vorkommen der Seide in den Siegelbändern der Neuklosterschen Urkunden im Vergleich der Dargunschen Urkunden aus derselben Zeit, an welchen die linnenen Schnüre vorherrschend sind. Das häufigere Vorkommen der sehr gut gefärbten und doublirten Seide muss man wohl dem Verkehr des Klosters Sonnenkamp mit der gewerbreichern Stadt Lübeck zuschreiben.

Von dieser Urkunde ist noch ein zweites, altes, wohl gleichzeitiges Exemplar vorhanden, etwas sorgloser geschrieben, ohne Siegel, auch nicht mit Löchern für die Siegelbänder, eben so wenig mit umgekrämptem untern Rande für die Stelle der Einhängung der Siegelbänder, wie sonst gewöhnlich; auch sind keine Linien für die Schrift gezogen. Wahrscheinlich ist dieses Exemplar das Concept der Urkunde. Dieses Concept stimmt mit dem Originale wörtlich überein, mit Ausnahme der Orthographie einiger Wörter, zum grössten Theil Eigennamen; das Concept hat nämlich: Adelheidis, Brunwardus, Sigebode, Nienborch, Ganzewe, Naquon, *dremet*, Adelheida.

Nr. II.

Der Bischof Brunward von Schwerin bestätigt die Gründung und Bewidmung des Klosters Sonnenkamp und verleiht demselben die Zehnten von dessen Gütern.

D. d. 1219.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Bru(n)wardus Dei gratia Zwerinensis episcopus.

Vt secundum apostolum fideles Christi dispensatores inueniamur, oportet ut ministerium nobis creditum plantando et rigando ampliare studeamus, vt de Dei dono incrementvm sortiatur. Eapropter notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quemadmodum dilectus nobis dominus Burwinus princeps Magnopolitanus cum filiis suis Heinrico et Nicholao nouellam plantationem construxerunt in honore sancte Dei genitricis Marie et beati Johannis apostoli et evangeliste in loco, qui dicitur Campus solis, nobiscum ordinantes, ut secundum regulam sancti Benedicti sanctimonialium ibi collegium habeatur, que de auctoritate episcopi loci sub preposito militent et priorissa. Predicto cenobio de suis facultatibus large prouidendo predia et uillas contulerunt, que hic declarare dignum duximus: primo villam Cuszin, ubi locus idem fundatus est, qui nunc campus solis vocatur, cum lacu adiacenti; hiis adiecimus villas Marutin et Gusni, villam quam Zurizlau possedit, quam pro uilla Jordanis commutauerunt; preterea villam Parcowa, ubi primo claustrum situm fuit, XX^{ti} VI mansos continens; in uilla, que dicitur Malbodendorp VI mansos et dimidietatem molendini et dimidietatem piscature prope mare, stagnum prope Wichmannesdorp, in indagine in uilla, que dicitur Bruneshovede, XXX mansos et piscaturam dimidiam ibidem iuxta mare; in prouincia etiam Rodestoc in minori Zwerz VIII mansos, in villa, que dicitur Camin, VI mansos; locum etiam, qui dicitur Cholche, cum omnibus suis attinentiis, sicut habebant illi, qui dicebantur Retiburize, insuper ibidem locum molendini et totaliter piscaturam,

preterea superius et inferius, usque ubi ager eiusdem loci terminatur, dimidiam piscaturam; piscaturam etiam Modentin et X mansos Kerstane; in terra Cutsin in uilla, que dicitur Techutin, XX mansos et stagnum cum adiacente silua; villam Minnowe, quam dicti loci primus prepositus Alvericus prefato principi, a quo eam in pheodo tenuit, resignans dicte ecclesie conferri fecit; villam Waldenhagen; ecclesiam quoque Kiszin et uillam Rokentin. Hec omnia cum omni suo fructu et utilitate conferentes, homines dicte ecclesie ab omni grauamine iudicii, exactionis, expeditionis et seruitiorum, quibus ceteri coloni terre grauari possunt, fecerunt immunes. Nos igitur, tam piorum principum laudabile factum imitantes, cum secundum locum teneamus, ubi primus huius ecclesie pontifex, noster venerabilis predecessor, Berno ydola exstirpauit, cui nos in eodem labore successimus, perpendentes, hanc libertatem ideo ecclesiis concessam, ut hec terra horroris et vaste solitudinis facilius inhabitaretur et rudi populo per fidelium introitum fides persuadeatur, ad excitandam eorum deuotionem, in quibus libere potuimus, eis subuenimus, conferentes quicquid decimationis nobis de villis eorum et prediis accrescere posset, cum ipsi expensis suis et laboribus incultam siluam a noualibus exstirpauerint, quod pro monasteriis de nouo fundandis Lateranense concilium fieri posse indulsit, auctoritate etiam ducis Heinrici, qui hunc episcopatum instituit, muniti, ut, que in profectum religionis converteremus, rata et inconuulsa manerent: hanc igitur oblationem tam principum, quam nostram,

rationabiliter factam, necnon personas et uitam, quam elegerunt, beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape et nostra auctoritate confirmamus, ut siquis, quod absit, hec infregerit uel imminuerit, anathema sit, et piam virginem Mariam cum aliis dicti loci patronis sibi adversarios sentiens, cum eis, quorum non est Deus memor amplius, sententiam eterne dampnationis incurrat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°XIX° sub hiis testibus: Matheus abbas in Doberan, Sigebodo prior, Johannes camerarius, Hildebrandus cellerarius, Johannes abbas Lubicensis, Walterus sacerdos de Buchue, Stephanus in Rodestoc, Ovo in Lubowe, sacerdotes; de laicis vero: Thetlevus in Godebuz, Heinricus Holtsatus, Heinricus de Lubowe, Nacon, Merezlaf, Janic, Heinric et alii quam plures, quorum nomina recitare non duximus necessarivm.

Diese Urkunde ist von derselben Hand geschrieben und ganz so ausgestattet, wie die Stiftungs-Urkunde Borwins Nr. I. An einer geflochtenen Schnur von rother und gelber Seide hängt des Bischofs Siegel aus hartem, geläutertem, weissem Wachs, gut gearbeitet und ausgedrückt, wie das Siegel Borwins an der Urkunde Nr. I. Das Siegel ist elliptisch; im leeren Siegelfelde sitzt der Bischof mit der Mitra auf einem einfachen, niedrigen Sessel, in der rechten Hand den Stab, mit der linken ein Buch auf dem linken Kniee haltend; Umschrift:

(us . de) (ra.) . (zw)
✠ BRVNWARD . . · . . I · G . . · . . ERI-
NENSIS · EPE.

Von dieser Urkunde ist ein eben so ausgestattetes, gleichzeitiges Concept auf Pergament vorhanden, wie von der Urkunde Borwins Nr. I, mit der alleinigen Ausnahme, dass das Concept der gegenwärtigen Urkunde wie das Original liniirt ist. Dieses Concept stimmt bis auf unbedeutende orthographische Eigenthümlichkeiten im Allgemeinen mit

dem Originale überein, nur dass das Concept weniger Abbreviaturen hat, als das Original. Für die Namen hat jedoch die verschiedene Orthographie einige Bedeutsamkeit; das Concept hat nämlich: Brunwardus, Parchoe, Kiscin, Buchowe, Rostoke, Holzatus, Nacone; unter den Zeugen ist der cellerarius Hildebrandus dem camerarius Johannes vorgesetzt und zwischen dem Text und dem Schluss der Urkunde (incurrat. — Acta) ist für fast vier Zeilen Raum gelassen. Bei der Confirmations-Formel ist es merkwürdig, dass bei der Aufführung der „auctoritas" die Worte: „Dei et sancte Marie et" unmittelbar vor „beatorum apostolorum Petri et Pauli etc. — „— auctoritate" im Concept gestrichen sind. Endlich ist es für die Topographie nicht unwichtig, dass statt der beiden nächst Sonnenkamp zuerst verliehenen Dörfer: „Marutin et Gusni" im Concept zuerst „Domelowe et Gusni" im Context stand, das Wort „Domelowe" aber mit einem Striche durchstrichen und dafür in einer cursivischen Minuskel des 13. Jahrhunderts das Wort „Marutyn" übergeschrieben ist.

Nr. III.

Die Fürsten Johann und Pribislav von Meklenburg verleihen dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Nacunstorf, welches dasselbe von dem meklenburgischen Vasallen Woltzic gekauft hat.

D. d. Ilow 1231. April 29.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Pribezlaus, domini Magnopolenses, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia seculo in senium urgente fragilis hominum memoria uelud aqua decurrens dilabitur, dignum est et consonum rationi, rerum gestarum memoriam scriptis auctenticis perhennari. Notum igitur esse uolumus tam futuri, quam presentis temporis fidelibus, quod uenerabilis Gerardus prepo-

situs cenobii, quod Campus Solis nuncupatur, uillam, que Nacunstorp dicitur, cum agris adiacentibus a quodam nostro fidele Woltzic nomine emens, dicto cenobio comparauit. Nos itaque collationem huius uille, quam dictus W. a nobis iure tenuit feodali, predicto claustro negantes, tandem, communicato nostrorum fidelium consilio, centum marcas argenti pro eius collatione a prefato preposito recepimus et eandem uillam ab omni iure secularis potestatis exemptam preter iudicium, quod spectat ad collum et ad manus amputationem, sepedicto cenobio perpetuo contulimus possidendam; de iudicio tamen colli et manus quicquid deriuatum fuerit, prouisores eiusdem claustri terciam partem recipient, de plagis uero et aliis lesionibus deriuata libere et integraliter sunt percepturi. Ne igitur talis collatio per successiua temporum momenta malorum inpedimento possit disturbari, presentem paginam inde scribi fecimus et sigilli nostri inpressione roborari, uolentes hec a nostris successoribus firmiter obseruari. Testes huius rei sunt: Gerardus dapifer, Godefridus de Bulowe, Johannes de Bulowe, Heinricus Holzatus, Gerardus de Malin, Heinricus Boideuitz, Johannes Boideuitz, Heinricus Warsusseuitz, Rodolfus notarius. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XXXI°, III° kal. Maii, datum in Ylowe per manus Rodolfi notarii nostri.

Auf einem sehr weissen Pergament in kleiner Minuskel mit geschnörkelten langen Buchstaben und fast durchgehends gleichem Abbreviaturzeichen, auf weit auseinanderstehenden Zeilen. An einem Bande von geflochtener grüner und rother Seide hängt ein dreieckiges Siegel mit abgerundeten Ecken, von ungeläutertem Wachs, mit braunem Firniss über-

zogen. Im leeren Siegelfelde ist nach der Länge des Siegels ein schreitender Greif dargestellt; ein Drittheil des Siegels ist ausgebrochen; von der Umschrift ist zu lesen:

✠ . . GILL . . — — MAGNOPO . . .

Ueber den Inhalt dieser Urkunde vgl. man die Urkunde Nr. XII vom J. 1243 über den Verkauf von Karstan.

Nr. IV.

Das Kloster Sonnenkamp verkauft das Dorf Karstan an den lübecker Bürger Sifrid von der Brücke (von Brügge) zu Lehnrecht.

D. d. Lübeck 1231. Jul. 24.

In nomine sancte et individue trinitatis. Gerardus diuina miseratione prepositus, Methildis priorissa totusque conuentus cenobii sancte Marie in Campo Solis omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Christo Jhesu. Quoniam ea que sub tempore fiunt, simul cum tempore labi solent, necesse est, ut quod a mortalibus agitur, scripturarum testimonio roboretur. Ea propter et presentes nouerint et futuri, quod nos una cum conniuentia fratrum et sororum nostrarum Sifrido burgensi Lvbicensi, vxori eius necnon et heredibus eorundem uillam quandam, que Karstania uocatur, usque ad termi[n]os eiusdem uille limitatos et distinctos et quicquid ad eandem uillam pertinet, integraliter cum omni iure, omni integritate ac ea libertate, qua eandem uillam habuit ecclesia nostra, uendidimus, ab ecclesia nostra iure pheodi concedendam, eis[d]em etiam perpetuo possidendam, et si aliquis eidem uille ceperit malignari agendo in illam quocumque modo, pro ipsa uilla, sicut pro ceteris bonis ecclesie, ipsa ecclesia respondebit. Vt autem hoc factum

nostrum ratum maneat et stabile perseueret, presentem paginam conscribi fecimus et amborum sigillorum, ecclesie videlicet et prepositi, munimine roborari. Testes huius rei et facti sunt hii: Helyas Ruz, Johannes Flamingus, Wilhelmus Albus, Thomas, frater Willemannus et plures alii. Datum Lubeke anno incarnationis domini M°CC°XXXI°, IX° kal. Augusti.

Auf einem vierseitigen, in den Falten schon vermoderten Pergament in einer sehr kleinen Minuskel. An zwei geflochtenen Schnüren von rother Seide hangen des Propstes und des Convents Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) das Siegel des Präpositus Gerhard; es ist elliptisch und führt im leeren Siegelfelde das volle, stehende Bild eines Geistlichen mit Kappe und Mantel, einen Palmzweig in der ausgestreckten rechten und ein Buch in de ausgestreckten linken Hand haltend; Umschrift:

✠ SIGILLVM .... SOLIS.

2) das Siegel des Convents, ebenfalls elliptisch; auf einem niedrigen Sessel sitzt ein Marienbild, mit dem Christkinde auf dem linken Arme und mit einem Lilienstengel in der rechten Hand; im Siegelfelde steht an jeder Seite des Marienbildes eine Lilie; Umschrift:

✠ SIGILLV̄ . BEATE . MARIE . IN . CAMPO . SOLIS.

(Das A in dem Worte BEATE ist oben abgerundet und eben so gestaltet, wie das A in den Steinen I, a u. b der Althöfer Inschrift zu Jahrb. II.)

Nr. V.

Der Fürst Johann von Meklenburg verleiht dem Bischofe Brunward von Schwerin und seinen Nachfolgern zehn Hufen in Boblin mit dem anliegenden See.

D. d. 1232. Febr. 11.

I. dei gratia Magnopolensis dominus omnibus hoc scriptum inspicientibus salutem in eo, qui salus

est omnium. Notum esse uolumus tam futuri, quam presentis temporis fidelibus, quod nos decem mansos in villa Boblin vna cum stagno eidem uille adiacente, ab omni iure, quod ad nos spectabat in eisdem, exemptos, venerabili domino ac patri nostro B. Zwerinensi episcopo suisque successoribus perpetuo contulimus possidendos. Huius rei testes sunt: Gerardus dapifer, Fridericus de Clodrem, Heinricus de Zwerin, Conradus de Suinge, Godefridus de Bulowe, Heinricus Wargusseuitz, Tessemarus frater eius, Rodolfus notarius. Ne igitur talis nostra collatio per inuidiam aut ignoranciam in posterum disturbetur, presentem cedulam inde scribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XXXII, III° idus Februarii.

Auf Pergament in einer kleinen Minuskel. An einer, aus rother Seide geflochtenen Schnur hängt des Fürsten Johann I. von Meklenburg Siegel aus geläutertem Wachs. Das Siegel ist gross und rund; im leeren Siegelfelde steht ein vorwärts gekehrter Stierkopf mit geschlossenem Maule, ohne heraushangende Zunge und ohne Halsfell, mit zwei hauerähnlichen Verzierungen am Maule, mit einer schmalen Lilienkrone um die eng beisammenstehenden Hörner: Umschrift:

✠ SIGILLVM . DOMINI . IOHANNIS . MAGNOPOLE.

Man vgl. Urk. Nr. IX.

Nr. VI

Das Kloster Sonnenkamp bezeugt unter Beistimmung der Rathmänner von Lübeck, dass der Lübecker Bürger Bernhard von Uelzen zum Besten des Klosters für 30 Mark Silbers mehrere Güter in Degetow erworben, dieselben

aber für sich und seine Ehefrau auf beider Lebenszeit zum Genusse reservirt habe.

D. d. (1233).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Cum generatio pretereat et alia subsequatur, in singulis successionibus plura priorum facta uelud incognita deperirent, nisi ea notabili indicio ad subsequentium noticiam pertransirent. Nouerit uniuersitas fidelium tam presentium, quam futurorum, quod ego Gerardus prepositus ancillarum Christi sancte Marie in Campo Solis cum consensu tocius ecclesie et conuentus nostri dominum Bernardum de Ullesen et vxorem ipsius Byam in plenam confraternitatem et oracionum nostrarum participium in perpetuum habituros suscepimus. Ea propter dictus B. cenobium et conuentum prenominatum in XXX[a]. marcas argenti respexit et eadem summa argenti bona in Degetov comparauit, hac condicione excepta, ut Bernardo uidente prouentus et redditus dicte uille et census et decime et piscature dimidia pars et molandinum eiusdem uille totaliter ad usus suos deueniat, descendente autem ipso B. dimidia pars eorundem bonorum ad usus ecclesie et dimidia pars uxori sue Bye proueniat, moriente autem ea prouentus et redditus totaliter conuentui manebunt. Insuper prepositus redditus prenominatos in festo Martini Bernardo uel uxori sue Bie Lubeke presentabit. Sumptus et alia necessaria ad prefata bona pertinencia ad prepositum et ad conuentum respectum habebunt. Huic ordinationi interfuerunt hii: Walburgis priorissa, Alheydis suppriorissa, Hatceke et fratres: Rodolfus, Teodericus,

Wernerus et alii, tam seniores, quam iuniores eiusdem cenobii et conuentus; consules autem Lubeke: Godescalcus de Bardewic, Meinbern, Arnoldus de Wiscele, Wilehelmus Albus, Gerardus de Haringe, Johannes Monachus, Rodolfus de Brema, Borchardus filius sororis sue, Lydolfus frater Thome.

Auf Pergament in einer dicken, unregelmässigen Minuskel, welche dadurch von der gewöhnlichen Urkundenschrift abweicht, dass die meisten der über den Buchstaben stehenden Abbreviaturzeichen aus einem dick geschriebenen, nach oben geöffneten Halbkreise, z. B. t ă, bestehen. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) das ältere grosse Siegel der Stadt Lübeck, welches im Siegelfelde auf Wellen ein Schiff mit zwei Personen, die eine, nach dem Winde deutend, am Bug, die andere am Steuerruder zeigt; ein Kreuz auf dem Maste steht im Anfange der Umschrift, die Flagge noch im Siegelfelde; Umschrift:

✠ SIGIL . V. · . VRGENSIVM. DE. . . . EKE.

2) Das Siegel des Convents von Sonnenkamp, wie es zu Nr. IV beschrieben ist.

Diese nicht datirte Urkunde ist ungefähr im J. 1233 ausgestellt. Im Herbste des Jahres 1231 war Gerhard noch Präpositus und Mechthild Priorin; Walburg kommt als Priorin in Urkunden zuerst im J. 1243, nach gegenwärtiger Urkunde schon vor dem Tode Gerhards, also sicher vor 28. April 1235, vor; dagegen tritt Adam schon in der ersten Hälfte des J. 1235 als Präpositus auf. Die Urkunde muss also vor dem Tode Gerhards und nach dem Tode der Mechthild, also sicher zwischen 1232—1234 ausgestellt sein.

Nr. VII.

Der Bischof Brunward von Schwerin schenkt dem Kloster Sonnenkamp die bischöflichen Zehnten aus den dem Kloster bei der Gründung desselben verliehenen Landgütern.

D. d. Warin 1235. Jan. 5.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Brvnwardus Dei gratia Zwerinensis episcopus vni-

uersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero salutari. Quoniam labente tempore labitur et hominum memoria, non improuide humana sollertia scripturarum sibi consueuit adhibere remedia, vt que in statu cupiunt persistere solido, scriptis commendata maneant firmiora. Cum igitur officii nostri exigente ratione, dum tempus habemus, operari teneamur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, non immerito maiori sollicitudine et ampliori deuotionis affectu specialiter illis debemus superintendere, qui mundi uoluptatibus et terrenis uanitatibus renunciantes iugo claustralis discipline sponte ceruices suas subicere decreuerunt. Quapropter nouerit tam futurorum posteritas, quam presentium etas, quod nos dilecti nostri domini Borewini principis Slauorum suorumque heredum circa cenobium monialium in loco, qui Campus Solis nuncupatur, situm piam deuotionem approbantes et laudabile factum eorundem imitantes, eandem ecclesiam, quam ipsi prediis et possessionibus cum summa munificentia fundauerunt, ad ampliandum ibidem diuinum seruicium auctoritate nostra confirmauimus et ut necessitatibus in dicto loco Jhesu Christo militantium plene et perpetuo consulatur et ut nostri memoria per easdem in benedictione iustorum haberetur, quicquid nobis decimationis de uillis et prediis eorum accrescere potuit, cum suis expensis et laboribus incultam siluam a noualibus exstirpauerint, liberaliter eisdem contulimus ac absolute. Vt autem expeditius hoc nostrum clarescat per successiua tempora factum, nomina uillarum, in quibus he decimationes habentur, dignum duximus ascribere, que sunt: Kvs-

cyn, ubi locus idem fundatus est, qui nunc Campus Solis dicitur, Ponek, Lutbrechtisthorp, Luderesthorp, Nyuer, Reineresthorp, Parcowe, ubi primo claustrum situm fuit, Malbodenthorp, Bruneshouede, Kamyn, Kolche, Dammelov; in prouincia Rozstoc: minor Zwerz, Rokentyn; in prouincia Cuscyn: Techentyn. Cum itaque pro monasteriis de nouo fundandis Lateranense concilium talis collationis nobis indulserit libertatem, nec a quoquam hoc nostrum factum racionabile et pium irritari in detrimentum proprie salutis ualeat aut infirmari, presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione dignum duximus roborare. Testes autem hii sunt: Godefridus abbas de Dobran, Stephanus monachus de Satov, Reinerus et Johannes capellani nostri; milites: Thitleuus de Godebuz, Sygebodo de Holtthorpe, Heinricus de Zyarnyn, Heinricus de Insula, Godefridus de Tribome, Bertoldus de Trechov et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XXX°V°, indictione nona, datum in Waryn nonas Januarii per manum Reineri capellani nostri.

Auf einem langen Pergament in einer gedrängten, scharfen Minuskel. An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt des Bischofs (zweites) Siegel aus hellbraun gefärbtem Wachs. Es ist elliptisch und zeigt im leeren Siegelfelde das auf einem nicht verzierten Sessel sitzende Bild eines infulirten Bischofes mit dem Stabe in der rechten und mit einem Buche in der linken Hand, welche vor der Brust liegt. Umschrift:

✠ BRVNWARDVS. DEI. GRA. ZWERINENSIS. EPC.

Nr. VIII.

Der Fürst Nicolaus von Werle verkauft dem Kloster Sonnenkamp in dem Gute Puneck, in welchem das Kloster bis dahin nur 10 Hufen besass, 14 bebauete und 20 unbebauete Hufen bei Gelegenheit der Vermessung des Gutes und verleihet dem Kloster ferner 12 erworbene Hufen in Bryzelaz, alles zu den dem Kloster bis dahin ertheilten Rechten.

D. d. 1235. April 29.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus Dei gratia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria per successiua temporum languescat spacia, scripturarum adhiberi solent patrocinia per quarum conseruationem rerum perhennatur noticia. Memorie itaque tam futurorum, quam presentium uolumus adherere, quod nos, dum in funiculo dimensionis excrescentias agrorum in terminis ville Pǒnek, in qua cenobio in Campo Solis prius decem tantum mansos contuleramus, cognoscere desiderauimus, tandem, conuentione facta cum domino Adam preposito dicti loci, quatuordecim mansos cultos et viginti incultos in terminis eiusdem uille cum omni libertate, qua cetera bona a parentibus nostris collata prefata tenet ecclesia, eidem uendidimus perpetuo possidendos. Preterea in uilla Bryzelaz sex mansos a nobis et sex a Slauo quodam Thessitze nomine comparatos sepedicto

cenobio cum omni integritate iuris et libertatis contulimus. Ut igitur hoc nostre liberalitatis factum a nullo in posterum alicuius columpnie irrogatione infirmari ualeat aut cassari, presentem paginam sigilli nostri et testium annotatione fecimus roborari. Testes autem hii sunt: Brunwardus Zwerinensis episcopus, Johannes abbas Lubicensis, Reinerus capellanus episcopi, Heinricus plebanus in Lůssov, Wasmodus canonicus in Guzsterov, clerici; Conradus de Sconewolde, Johannes Danus, Jordanus de Sabene, Baroldus de Gv̊zsterov, Heinricus de Zyarnin, Heinricus de Insula, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°CC° XXX°V°, indictione VIII^a^, datum III° kalendas Maii.

Auf Pergament in einer kräftigen Minuskel. An einer Schnur von gelber Seide hängt des Fürsten Nicolaus wohl erhaltenes Siegel aus ungeläutertem Wachs, wie es zur Dargunschen Urkunde Nr. XXI (Bd. I, S. 55) beschrieben ist. Die Inschrift ist aber auf dem vorliegenden Exemplare noch deutlicher, als dort, und kann hier, verbessernd, sicher vollständig gegeben werden:

✠ SIGILLVM: DOMINI. NICOLAI. DE. ROZTHOK.

Nr. IX.

Der Bischof Brunward von Schwerin verleiht dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Bobelin.

D. d. Buzyowe 1236. Mai 21.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Brunwardus Dei gratia Zwerinensis episcopus vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam spiritus hominis transit et non subsistit, ne simul pereat rerum gestarum memoria cum

sonitu, scripturarum adinuenta sunt remedia, ut que statum cupiunt sortiri firmitatis, litterarum patrociniis magis roborentur. Noticie itaque tam futurorum, quam presentium uolumus inherere, quod nos, cupientes in benedictione iustorum nobis memoriale sempiternum hereditare, ad instantiam dilecti nostri domini Adam, prepositi in Campo Solis, villam nostram Bobelyn, quam pro decima nostra in Boydeuitisthorpe a domino Johanne Magnopolitano commutando possedimus, nec propter uastationem Slauorum inde quandoque eiectorum locare agricolis eam incolendam pluribus annis ualuimus, sacro illi collegio ancillarum Christi in dicto cenobio Campo Solis, non parua quantitate coadunato, in disterminatione decem mansorum simul cum stagno adiacente, cum omni integritate libertatis, scilicet census et decime, necnon aduocatie, liberaliter contulimus perpetuo possidendam. Ne igitur quisquam in posterum in sue salutis detrimentum hoc nostre liberalitatis factum irritare ualeat aut infirmare presumat, auctoritate Dei omnipotentis et nostra sub pena anathematis artius prohibemus, uolentes inconuulsa et rata perhenniter hec haberi, et ob hoc presentem paginam sigilli nostri appensione necnon et sigillo domini Johannis Magnopolitani et testium subscriptione dignum duximus roborare. Testes autem hii sunt: Stephanus monachus et sacerdos in Satowe, Thidericus decanus in Guzterov, Johannes capellanus noster, magister Johannes phisicus, clerici; Sygebodo de Holtthorpe, Heinricus de Insula, Nicolaus de Bruseuiz, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XXX°VI°, indictione

nona; datum in Bvzyowe per manum Reineri capellani nostri XII° kalendas Junii.

Auf einem quadratischen Pergament in einer und derselben gedrängten und scharfen Minuskel, in welcher die Urkunde Nr. VII geschrieben ist. An Schnüren von grüner Seide hangen die wohl erhaltenen Siegel des Bischofs Berno und des Fürsten Johann, wie sie zu Nr. VII und Nr. V beschrieben sind, beide aus geläutertem Wachs.

Man vgl. Urk. Nr. V.

Nr. X.

Die Gesandten des Erzbischofs von Bremen fällen ein schiedsrichterliches Urtheil über einen Streit zwischen dem Kloster Sonnenkamp und dem lübecker Bürger Lüder Friese wegen des Gutes Klein-Zuerz und sprechen dasselbe gegen eine Abfindungssumme dem Kloster zu.

D. d. Raceburg 1238. Mai 7.

Arnoldus uicedominus et Wilbrandus prepositus Rustringie omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, eternam in Christo Jhesu salutem. Quoniam eos, qui diuinis et continuis mancipantur obsequiis, non decet causarum strepitu perturbari: ut prepositum et conuentum in Campo Solis et Luderum dictum Frisonem ciuem Lubicensem a lite, quam ad inuicem super villa, que vulgariter appellatur parua Zuersz, utriusque commoditate captata eximeremus, post amicabilem inter ipsos habitum tractatum, tandem in nos tanquam arbitros hinc inde est compromissum taliter: quod si ex parte dicti

Luderi uel suorum heredum aduersum nostrum uentum fuerit arbitrium, ipse L. nomine pene CC marcas denariorum nobis persoluet, cuius pene medietatem dominus W. Raceburgensis prepositus, Marquardus sacerdos et Johannes plebanus de Parkentin habebunt: ad quam penam prepositus et conuentus in Campo Solis nobis persoluendam tenebuntur, si ex parte ipsorum uentum fuerit in contrarium, cuius pene medietatem Heinricus Vorrat, Heinricus de Boyceneburgh et Sygest de Etszeho, ciues Lubicenses, habebunt, et hanc penam, prout a partibus acceptatum est, si necesse fuerit, per excommunicationem, nullius contradictionis obstante obiectu, exquiremus. Circumstantiis itaque ipsius negotii summa diligentia discussis pro sopienda discordia inter prefatos prepositum et conuentum et Luderum ac suos heredes arbitrando statuimus, quod prepositus et conuentus dabunt ipsi L. uel suis heredibus LXXX et VIII marcas denariorum, hiis terminis persoluendas in ciuitate Lubicensi: in proximo festo sancti Michaelis dabunt XXX marcas, in natiuitate domini XXX et letare XX et VIII. Ipse eciam L. et suus filius L. ex parte sui et suorum heredum ad iussum nostrum preposito et conuentui resignauerunt omne ius, quod in supradicta uilla parua Zuersz habere uidebantur, et sic omnis inter prepositum et conuentum, Luderum et suos heredes discordia est sublata. Testes huius rei sunt: dominus Wicgerus prepositus Raceburgensis, Marquardus sacerdos et Johannes plebanus de Parkentin; laici uero: Heinricus Vorrat, Heinricus de Boyceneburg, Sigest de Etszeho, Sifridus de Ponte, Lambertus

Scoke, Ludolfus Vriman et Eylardus Crispus, ciues Lubicenses. Actum Raceburg anno gratie M°CC°XXX°VIII°, nonas Maii.

Auf Pergament in einer engen, etwas undeutlichen, stark abbrevirten, cursivischen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen 5 Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) Das Siegel des Arnold, Vicedominus des Erzbisthums Bremen („Vitzthums, „Kastenvogts", Oekonomus oder Verwalters der Güter des Erzbisthums: vgl. Frank A. u. N. M. IV, S. 148,); das Siegel ist elliptisch; im leeren Siegelfelde ist, en profil links hin gewendet, eine auf einem niedrigen Sessel sitzende, mit einem weiten Gewande leicht bekleidete Figur dargestellt, welche mit beiden Händen ein Buch vor sich hält, auf dem allem Anscheine nach die Buchstaben:

SĀS
GAR

(S. Ansgar?), sicher die Buchstaben S . . . AR, stehen; die Umschrift lautet:

S. ARNOLDI. VICEDN̄I. BREM̄. EC. AR . . . HAT-HELERI.

2) Das Siegel des bremischen Präpositus Wilbrand: ein kleines elliptisches Siegel, auf dem, en profil rechts hin gewendet, eine auf einem niedrigen Sessel sitzende, leicht bekleidete Figur dargestellt ist, welche in einem Buche lieset, das vor der Figur auf einem Pulte liegt; Umschrift:

✠ S. WILBRANDI. BREM̄ESIS.

3) Das elliptische Siegel des ratzeburger Präpositus Wichard, etwas beschädigt, führt eine stehende Figur in faltenreichem Gewande, welche die Linke (mit einem Buche) vor die Brust und in der ausgestreckten Rechten ein Agnus Dei hält; zu jeder Seite der Figur steht im Siegelfelde eine Rosette, von einigen Sternen begleitet; Umschrift:

. . . . . .VM. WIC. . . . . .IN. RA . EBVRCH.

4) Das elliptische Siegel des Präpositus Adam: ein stehender Geistlicher im Mantel hält die Hände vor der Brust zusammen und in der Linken ein Buch, in der Rechten einen Palmzweig; Umschrift:

✠ S. PREPOSITI. ADA. IN. CAMPO. SOLIS.

5) Das grosse, runde Siegel der Stadt Lübeck, wie es zur Urk. Nr. VI. beschrieben ist: auf Wellen ein Schiff,

in welchem zwei Figuren sitzen; das Siegel ist nicht allein zerbrochen, sondern auch entweder gleich nach der Verfertigung oder später durch Wärme zusammengedrückt; Umschrift:

✠ SIGILL — — — LV....

Nr. XI.

Der Fürst Johann von Meklenburg verleihet dem Kloster Sonnenkamp den Hof Sellin, welchen das Kloster von den Schwertrittern in Preussen gekauft hat.

D. d. Meklenburg 1240. Junii 28.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gracia dominus Magnopolensis omnibus hoc scriptum visuris in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria per successiua temporum languescat spacia, non inmerito humana sollercia scripturarum sibi consueuit remediis subuenire. Nouerit igitur tam presentium etas, quam futurorum posteritas, quod milites Christi Prucie dilecto nostro preposito Adam in Campo Solis eiusdemque loci conuentui curiam quandam Tscelin videlicet pro cc.tis marcis denariorum pio fauore vendiderunt. Nos uero hanc conuentionem approbantes et ratam habentes, quicquid dicti milites iuris in hac curia habuerunt, cum omnibus suis disterminationibus, siluis videlicet, pratis aquarumque decursibus, ea libertate et eo iure, quo milites Christi habuerunt, cenobio sancte Marie virginis in Campo Solis liberaliter contulimus et absolute. Ut igitur hoc factum omni euo ratum maneat et inconuulsum, presentem paginam sigilli nostri appensione et testium

subscriptione fecimus communiri. Testes autem hii sunt: Bernardus de Walia, Ecqhardus Gallus, Volsegho, Thidericus Clawe, Fredericus de Isenhaghen, Reimbernus Scalip, milites nostri; frater Rauen, Wedeghe, Conradus de Sture, Fredericus de Lubowe, Reinardus de Lu, Olricus de Lu, Johannes, Heidenricus, Hermannus, Heinricus de Lu, milites Christi. Acta sunt hec in Magnopoli anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo, quarto kalendas Julii.

Auf Pergament in einer fetten Minuskel. An einem Siegelbande von blauen und weissen linnenen Fäden hängt das Siegel des Fürsten aus ungeläutertem Wachs, mit den bauerähnlichen Verzierungen am Maule des Stierkopfes, wie dasselbe (v. 11. Febr. 1232) zur Urkunde Nr. V. beschrieben ist.

Diese milites Christi, welche hier ihr Gut verkaufen, waren die Schwertritter, welche sich 1237 mit den deutschen Rittern vereinigten. Dieser Verkauf geschah bald nach der Vereinigung und ist deshalb vielleicht von Interesse, und wohl noch mehr dadurch, dass sich die Verkäufer und die Zeugen, alle Meklenburger, noch im J. 1245 milites Christi nennen.

Nr. XII.

Das Kloster Sonnenkamp überlässt dem Dom-Capitel zu Lübeck die Lehnsherrlichkeit über das Dorf Karstan, welches das Capitel mit Zustimmung des Klosters von dem lübecker Bürger Sigfrid von der Brücke (von Brügge) gekauft hat.

D. d. (Lübeck) 1243.

Adam dei gratia prepositus, Walburgis priorissa totusque conuentus cenobii sancte Marie in

Campo Solis universis hoc scriptum inspecturis salutem in salutis auctore. Nouerint tam presentes, quam futuri temporis successores, quod cum prepositus Gerhardus, predecessor noster, villam Nequinsdorp emisset, pro eo quod ecclesie utilis uidebatur et commoda tam in prouentibus, quam in situ, et vnde eam solueret pecuniam, non haberet, cum consensu conuentus villam, que vocatur Kerstene, cum terminis suis et cum omni integritate, libertate, iure, quo ecclesia Campi Solis possedit, Syfrido dicto de Ponte, ciui Lubicensi, et heredibus suis uendidit perpetuo possidendam et conditiones in hac uenditione interpositas scripto et sigillis, tam suo, quam ecclesie, roborauit. Postmodum vero cum predictus Syfridus eandem villam fere duodecim annis possedisset, nobis eam uenalem exhibuit, petens attente, ut aut eam emeremus ad opus ecclesie, aut saltem, ut alii uenderet, ei permittere dignaremur. Nos vero considerantes, quod utiliora et multo commodiora ecclesie nostre bona comparare possemus pro tanta pecunia, pro quanta nobis eam uendere voluit, considerato etiam multiplici fauore, quem ecclesie nostre capitulum Lubicense exhibuit, cum consensu conuentus nostri, Frederico, decano Lubicensi, iam dictam villam ad opus cuiusdam vicarie emere permisimus, cum omni iure et gratia, quo Syfridus et sui heredes eam emerant, et ius feodale, quod vulgo *lenwere* dicitur, cum sepedicta uilla patronis ecclesie Lubicensis optulimus, et canonicis liberaliter resignauimus, iure perpetuo possidenda. Ut autem hoc factum nostrum ratum maneat et inconcussum perseueret,

paginam hanc conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes huius rei sunt hii: Johannes Volquardi, Hermannus de Brelin, Johannes Liuo, Godescalcus scolasticus Lubicensis, Seghebodo, Willekinus, Bernardus et alii canonici Lubicenses, Henricus Wllenpont, Willehelmus, Helyas Ruz, Syfridus de Ponte, Rodolfus Wrot, ciues Lubicenses Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quadragesimo tercio.

Auf Pergament in einer kräftigen, gedrängten Minuskel. An weissen und blauen linnenen Fäden hangen zwei elliptische Siegel aus ungeläutertem Wachs, mit braunem Firniss überzogen: das neue Siegel des Präpositus Adam, ähnlich dem zur Urkunde Nr. X beschriebenen, nur etwas schärfer und zierlicher geschnitten; Umschrift:

✠ S'. ADQ. P̄POSITI. IN. CAMPO. SOLIS.

und das Convents-Siegel von Sonnenkamp, wie es zur Urkunde Nr IV beschrieben ist.

Zu bemerken ist, dass zwischen den Namen „Rodolfus. wrot." ein Punct steht, was bei denselben Namen in der Confirmations-Urkunde vom J. 1252 und sonst in beiden Urkunden zwischen Vor- und Zunamen nicht der Fall ist; jedoch hat der Name wrot keinen grossen Anfangsbuchstaben, daher die Vermuthung für „Rodolfus „Wrot" als zusammengehörende Vor- und Zunamen spricht

---

Nr. XIII.

Der Bischof und das Dom-Capitel von Schwerin vereinigen sich mit dem Kloster Neukloster über die von demselben zu entrichtenden bischöflichen Zehnten.

D. d. Zarnin 1248. Sept. 3.

Omnibus Christi fidelibus Willehelmus Dei gracia Zverinensis episcopus, Rodolfus prepositus,

Wernerus decanus, Nycolaus scolasticus totumque capitulum salutem in domino. Cum inter nos ex una parte, prepositum Adam et conuentum Noui Claustri ex altera, super quibusdam decimis et possessionibus fuisset suborta contentio: quia seruos Dei et uirgines Deo dicatas conuenit a causarum strepitu abstinere, sub hac forma conuenimus pro bono pacis, prout sigilla nostra, dicti prepositi Adam, sue ecclesie et domini terre Johannis Magnopolensis publice protestantur: Dictus prepositus et suus conuentus Zverinensem ecclesiam a debito ducentarum marcarum, quas domino Theoderico episcopo mutuo prestiterat, penitus absoluit; insuper in villa Mentyn duos mansos eidem ecclesie cum omni iure dimisit; de uilla uero Glasin agetur sollempniter anniuersarius domini nostri episcopi Willelmi et in eo dabitur conuentui Noui claustri procuratio vel gracia specialis; pro reliquis uero decimis episcopalibus agetur memoria et anniuersarius omnium Zverinensium episcoporum; pro parte uero decimarum, que canonicos Zverinenses tunc contingebant, in villa Domelowe prepositus et conuentus quinquaginta tremodia, XVIcim siliginis, VIIIo ordei, XXVI auene, singulis annis percipienda Zverinensi ecclesie assignauit, que ad granarium Viggle per colonos iam dicte ville deduci faciet sub suo periculo et suis laboribus et expensis, quoadusque bona tantum soluentia ecclesie Zverinensi commoda et grata ualeat comparare et assignare: ita tamen, quod hec forma compositionis ad bona tunc habita, sed non ad habenda extendatur, quia si dicta ecclesia Noui

Claustri in dyocesi Zverinensi aliqua bona comparauerit, in eis saluum erit ius episcoporum et canonicorum per omnia. Vt autem hec ordinatio integra conseruetur, ut supradictum est, sigillorum appensione et testium subscriptione est roborata et confirmata. Testes sunt hii: Rodolfus prepositus, Wernerus decanus, Nycolaus scolasticus, Erkenfridus scolasticus Guzstrowensis, Petrus canonicus Guzstrowensis, Johannes de Witenburg, Theodericus, canonici Zuerinenses; laici: Heinricus de Insula, Godefridus de Tribbowe, Theodericus Zoye et alii quamplures. Acta sunt hec in villa Tzarnin anno domini M°CC°XLVIII°, III° idus Septembris.

Auf Pergament in einer festen, zierlichen Minuskel. An seidenen Schnüren hangen 5 Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) an einer Schnur von grüner Seide das Siegel des Bischofs Wilhelm von Schwerin: es ist elliptisch und stellt im leeren Siegelfelde einen Bischof dar, welcher auf einem mit Thierköpfen verzierten Sessel sitzt und in der ausgestreckten Rechten ein geöffnetes Buch, in der Linken den Bischofsstab hält; Inschrift:

✠ WILLEHELMVS. DEI. GRACIA. ZWERINEN-SIS. EPC.

2) an einer Schnur von rother Seide das grosse Siegel des Dom-Capitels von Schwerin, wie es häufig vorkommt;

3) an einer Schnur von gelber Seide das neue Siegel des Fürsten Johann von Meklenburg: ein grosses rundes Siegel mit einem gekrönten Stierkopfe mit geschlossenem Maule und ohne die hauerähnlichen oder andere Verzierungen am Maule; die Umschrift in verhältnissmässig kurzen Buchstaben lautet:

✠ SIGILLUM. DOMINI. IOHANNIS. MAGNOPO-LENSIS.

4) an einer Schnur von grüner Seide hängt das Siegel des Propstes Adam von Sonnenkamp, wie es zur Urkunde Nr. XII beschrieben ist.

5) an einer Schnur von rother Seide hängt das Siegel des Convents von Sonnenkamp, wie es zur Urkunde Nr. IV. beschrieben ist.

Eine Wahl in den Farben der Siegelschnüre ist hier einmal nicht zu verkennen.

Allen Beobachtungen zufolge wird das Kloster Sonnenkamp in dessen Urkunden hier zuerst Neukloster genannt; jedoch heisst schon im J. 1230 Gerhardus prepositus de Nouo Claustro in einer Doberaner Urkunde des Bischofs Brunward und im J. 1239 Adam prepositus de Nouo Cla[u]stro in den Mekl. Urk. I, S. 60.

Nr. XIV.

Der Fürst Johann von Meklenburg bestätigt den Verkauf des Gutes Karstan an das Dom-Capitel zu Lübeck.

D. d. Raceburg 1252. Nov. 8.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gratia dominus Magnopolensis vniuersis Christi *[fide]*libus, ad quos sc*[riptum peruen]*erit, salutem in uero salutis auctore. Ueritatis amica simplicitas acta legitime sic geri non patitur, vt postmodum aliqua interueniente calumpnia deformetur. Nouerit itaque fidelis etas presentium et discat felix successio futurorum, quod quidam ciuis Lubicensis nomine Sifridus de Ponte emit a preposito Gerhardo bone memorie et a conuentu ecclesie sancte Marie in Campo Solis quandam uillam Karstane nomine, ita ut cum omni iure et libertate, qua ecclesia eandem villam possederat, ipse per se et per suos successores iure perpetuo eandem villam et feodali titulo possideret. Tamen uenditionis tempore fuit hec uenditionis formula interiecta, vt, si iam dictum ciuem Lubicensem procedente

tempore contingeret predictam uillam uendere, ipsam primo teneretur uenalem ecclesie, a qua ipsam emerat, exhibere, ut sic demum, ecclesia nolente ad emptionem procedere, posset eum alio quocumque emptore de emptionis pretio conuenire. Cum igitur quodam tempore iuxta ea, que dicta sunt, predictus ciuis Lubicensis preposito Ade et ecclesie in Campo Solis villam antedictam, sicut tenebatur, uenalem exhiberet et prepositus eam emere non curaret, eo quod propter multam distantiam eandem villam ecclesie sue reputaret incommodam, consensit in hoc prepositus et conuentus, vt ciuis dictus villam Karstane decano Lubicensi uenderet, precipue cum decanus in*[ten]*deret, ad ampliandum diuinum cultum in ecclesia Lubicensi *[vica]*riam perpetuam de predicte uille redditibus instaurare. Nos igitur laudabilem intentionem decani commendantes, venditionem predicte ville decano factam, ratam habentes, volumus eam tam a nobis, quam a quibuslibet successoribus nostris *[inui]*olabiliter obseruari, et hoc presenti scripto, sigillo nostro signato, publice pro_ test*[amur]*. Datum Raceburg anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, sexto idus Nouembris, presentibus militibns nostris: Godefrido et Johanne fratribus de Bulowe, Theoderico et Arnoldo Clauuen et ciuibus Lubicensibus Rodolfo Wrot, Gerardo de Indagine.

Auf einem breiten und kurzen Pergament in einer kräftigen Minuskel; das Pergament ist an einigen Stellen vermodert und die dick und lose aufliegende Dinte an sehr vielen Stellen abgefallen, so dass das Ganze zwar mit Schwierigkeit, aber doch vollständig und sicher entziffert werden konnte. An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt des

Fürsten Johann Siegel, wie an der Urk. Nr. XIII, aus ungeläutertem Wachs, mit braunem Firniss überzogen.

Nr. XV.

Das General-Capitel des Cistercienser-Ordens versichert dem Propste Adam und der Priorin Adelheid von Neukloster die Theilhaftigkeit an den guten Werken des Ordens und die Erhaltung ihres Andenkens.

D. d. Cisterii 1254.

Frater B. dictus abbas Cister. totusque conuentus abbatum capituli generalis dilectis in Christo A. preposito et priorisse A. de Nouo Claustro salutem et orationum suffragium salutare. Exigente pie deuotionis affectu, quem ad ordinem nostrum accepimus uos habere, petitioni uestre nobis per venerabilem coabbatem nostrum de Welegrach oblate benigno concurrentes assensu, concedimus uobis plenariam participationem omnium bonorum, que fiunt et decetero domino dante in ordine nostro fient, in uita uestra pariter et in morte, ita quod, cum obitus uester nostro fuerit generali capitulo nunciatus, ibidem sicut unus nostrum absoluemini omniumque missarum et orationum, quas in ipso generali capitulo singulis annis pro fratribus nostris iniungimus faciendas, efficiemini participes et consortes. Datum Cister. anno domini M°CC°L°IIII°, tempore capituli generalis.

Auf Pergament in einer kleinen, zierlichen Minuskel. Ein aus der Charte geschnittener Pergamentstreifen ist abgerissen.

Nr. XVI.

Der Probst Adam und die Priorin Adelheid des Klosters Sonnenkamp bestimmen die Aufkünfte aus dem Dorfe Kl. Warin, der Mühle daselbst, einer Hufe in Rambow und den Krügen zu Alt-Bukow und Techentin zur Kleidung der Nonnen ihres Klosters.

D. d. (1260).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Adam diuina miseratione prepositus, Alheidis priorissa totusque conuentus in Campo Solis omnibus hanc paginam visuris in omnium saluatore gaudium et salutem. Ab humana facilius labitur memoria, quod non scripti mvnimine perhennatur. Notum ergo facimus vniuersis, quod nos de maturo consilio et libera uoluntate decreuimus, quod omnes prouentus et redditus, que in villa, que Luttikenwarin dicitur, et molendino ibidem sito et de quodam manso in villa Rambowe, ac etiam de crogone in Aldenbukowe et crogone in Theghentyn haberi possunt, ad uestitum dominarum debent specialiter et integraliter erogari, exceptis tamen quatuor mansis, quos magister ciuium possidet, et ivdicio in dicta villa, quod domini prepositi aduocatus habebit in commisso; et quicquid emolumenti vel fructus abinde prouenerit, ad vestitum seruabitur dominarum. Predictos vero redditus colliget ille, quicunque ex ordinatione domini prepositi in domo pellificum statutus fuerit procurator. Ut autem hoc factum nostrum tam rationabiliter conceptum firmitatis

robur obtineat in perpetuum, presentem paginam exinde confectam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum.

Auf Pergament in einer grossen, breiten Minuskel mit wenig Abbreviaturen, die Eingangsformel, wie bisher immer, in verlängerter Schrift. An Pergamentstreifen hangen 2 Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) das Siegel des Präpositus Adam, wie es zur Urkunde Nr. XII beschrieben ist;

2) das Siegel des Convents von Sonnenkamp, wie es zur Urkunde Nr. IV. beschrieben ist.

Die Urkunde mag ungefähr im J. 1260 ausgestellt sein; Adam war 1235 — 1271 Präpositus, und Priorinnen waren: 1231 Mechthild und 1243 — 1253 Walburg, und noch 1272 — 1289 Adelheid. Die angegebene Zeit der Ausstellung der Urkunde wird noch mehr dadurch gesichert, dass nach der Urkunde vom 1 Junii 1260 das Kloster das Dorf Kl. Warin ungefähr um diese Zeit von den Erben des Heinrich von Dybow erworben hatte.

Nr. XVII.

Der Bischof Rudolph von Schwerin erwirbt von dem Kloster Neukloster einen Theil des Sees von Kl. Warin für den Zehnten aus Arnesse und bewilligt dem Kloster die Erwerbung des halben Zehntens aus Kl. Warin von den schweriner Domherren.

D. d. 1260. Jun. 1.

Rodolfus dei gratia Zwerinensis episcopus omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. Ne ea, que geruntur in tempore, per uicissitudines temporum succedentium ualeant aboleri, scripturarum sunt remediis eternenda. Notum igitur esse uolumus, quod, cum dominus Adam

3

prepositus Noui Claustri a uidua domini Heinrici de Dybowe et suis filiis et heredibus comparasset villam paruam Warin, idem prepositus in hoc nobiscum conuenit, quod partem stagni eidem ville adiacentis et partem fluuii Tepenitz, prout sua et nostra disterminatio extenditur, nobis totaliter dimisit, hoc tamen excepto, quod nullus episcopus Zwerinensis uel prepositus Noui Claustri futurus in ipso fluuio aliquod molandinum preter molandina, que nunc exstructa sunt, possit exstruere in vtriusque ecclesie preiudicium et grauamen, et nos eidem ecclesie Noui Claustri in recompensationem stagni eiusdem dimisimus decimam in Arnesse perpetuo possidendam. Et quia medietas decime eiusdem parue ville Warin ad prebendas canonicorum nostrorum Zwerinensium pertinebat, ipse prepositus cum eis conuenit in hunc modum, quod pro eadem medietate decime prepositus, qui fuerit pro tempore, canonicis octo talenta siliginis et quatuor auene sub certo pacto persoluere debeat annuatim et ad granarium in Viggle suis expensis et laboribus exhibere. Ne autem hanc ordinationem aliquis episcopus uel canonicus aut prepositus succedens in posterum possit infringere, presentem litteram sigillo nostro et capituli nostri fecimus roborare. Testes hii sunt: Wernerus prepositus, Nicolaus scolasticus, Thidericus cantor ecclesie Zwerinensis, Heinricus canonicus in Buttissowe et alii quam plures. Acta sunt anno domini M°CC° sexagesimo, kal. Junii.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel. — An linnenen Fäden hangen zwei Siegel:

1) an weissen Fäden, aus ungeläutertem Wachs das elliptische Siegel des Bischofs Rudolph: im leeren Siegelfelde sitzt auf einem niedrigen, nicht verzierten Sessel der Bischof in vollem Ornate, die Rechte mit ausgereckten drei Fingern zum Segen erhoben, in der Linken den Bischofsstab haltend und hoch auf den Sessel stützend; Umschrift:

S'. RODOLFI. DEI. GRA. ZWERINENSIS. EPI

2) an blauen linnenen Fäden das grosse Siegel des schweriner Dom-Capitels aus geläutertem Wachs.

Nr. XVIII.

Der Propst Adam von Neukloster überweiset seinem Convente die Dörfer Provesteshagen und Woldenhagen zum Besten des Siechenhauses des Klosters.

D. d. 1260. October 1.

Dei gratia Adam prepositus Noui Claustri omnibus Christi fidelibus salutem in omnium saluatore. Ne ea, que geruntur in tempore, per vicissitudines temporum succedentium valeant aboleri, scripturarum sunt remediis eternanda. Notum igitur esse volumus vniuersis hanc litteram inspecturis, quod nos, ob reuerentiam Dei sueque dilectissime matris et propter spem remunerationis eterne, ad officium infirmerie ad recreandas infirmantium et debilium sanitates conuentui nostro duas villas scilicet Prouesteshagen et Woldenhagen cum omnibus attinentiis vti libere assignauimus, vt quemcumque voluerint in predictis villis sibi eligant prouisorem. Concedimus etiam, vt de duabus domicellis secularibus, quas nostris procuramus expensis, quolibet

anno octo marcas ad supplementum assumant. Ne autem ordinationem hanc aliquis prepositus succedens in posterum possit infringere, presentem litteram conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M°CC° sexagesimo, kal. Octobris.

Auf Pergament in einer kleinen, festen Minuskel. An einer Schnur von weissen linnenen Fäden hängt des Präpositus Adam Siegel aus ungeläutertem Wachs, wie es zur Urkunde Nr. X beschrieben ist; er führte also zwei Siegel, da das zur Urkunde Nr. XII und den folgenden Urkunden beschriebene ein anderes ist. — In den Namen der beiden Dörfer ist der Buchstabe des zweiten Wortes — Hagen mit einem Unzial-Anfangsbuchstaben geschrieben.

Nr. XIX.

Der Fürst Wizlav von Rügen verleiht dem Kloster Sonnenkamp eine jährliche Hebung von einer Last Heringen zu Stralsund.

D. d. Kedinghagen 1265.

Wiceslaus Dei gratia princeps Ruyanorum omnibus scriptum presens inspecturis salutem ab eo, a quo progreditur omnis salus. Nouerint tam presentes, quam futuri, quod nos pia deuotione inclinati contulimus dilecto nobis preposito, priorisse et conuentui in Campo Solis eorumque successoribus quolibet anno vnum *last* allecum in Stralessunde ciuitate nostra percipiendum, quod videlicet allec volumus, vt sine inpedimento nostrorum successorum vel aliorum in dicta ciuitate ipsorum nuntio perpetuo annis singulis presentetur. Vt autem hec pia

donatio rata maneat et inconwlsa, hanc litteram exinde confectam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius rei testes sunt: dominus Borantus, dominus Johannes de Gristow, dominus Gottanus, dominus Wernerus de Lozits et alii quam plures. Datum in Kedingghehaghene anno domini M°CC° LXV°, per manum Olrici notarii nostri.

Auf Pergament in einer unschönen, eilfertigen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt ein rundes Siegel aus ungeläutertem Wachs: im runden, leeren Siegelfelde steht ein Schild, auf welchem über einer Mauerzinne auf quadrirtem Grunde ein halber Löwe hervorragt; Umschrift:

✱ SIGILLVM. WIIZSLAI. DEI. GRACIA. RVIANORVM. PRINCIPIS.

Nr. XX.

Der Herzog Barnim von Pommern verleiht dem Kloster Neukloster eine jährliche Hebung von 6 Mark demminscher Münze.

D. d. Neukloster 1267. Febr. 27.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Barnim Dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Donationes principum, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, sic expedit, ut scripture testimonio muniantur, quatinus processu temporis per malignancium uersuciam nec mutari valeant, nec infringi. Sane tam presentis, quam futuri temporis nacionibus volumus esse notum, quod nos dilectis nobis in Christo preposito, priorisse totique conuentui monasterii sancte

Marie virginis in Nouo Claustro, Cysterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis, et omnibus sequacibus eorum ac ipsi monasterio donauimus pro nostrorum remissione peccaminum ac eterni regis gracia facilius impetranda sex marcas denariorum annis in moneta ciuitatis nostre Demin percipiendas singulis et titulo proprietatis perpetuis temporibus feliciter possidendas. Huius nostre donacionis testes sunt: Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Heinricus dictus de Calowe canonicus Gustrowensis, Johannes dictus de Parchem canonicus Stetinensis, clerici; item Johannes de Penz, Gobelo quondam noster marscalcus, Albertus, milites; item Johannes Pridole, Thomas camerarius, Euerardus de Coldembeke, famuli nostri, et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. In cuius rei testimonium et facti euidenciam pleniorem presens scriptum eisdem preposito, priorisse et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Nouo Claustro et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M°CC°LXVII°, III° kal. Marcii.

Auf Pergament in einer scharfen, kleinen Minuskel. An einer Schnur von weissen linnenen und rothen seidenen Fäden hängt noch die linke Hälfte von dem Siegel des Herzogs Barnim, wie es in Mekl. Urk. I, S. 72 zur Urkunde vom 20. Jun. 1242 beschrieben ist.

Nr. XXI.

Des Papstes Clemens IV. Bulle über die Besitzungen, Freiheiten und Rechte des Klosters Neukloster.

D. d. Viterbii 1267. Mai 26.

CLEMENS episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiabus . . priorisse monasterii Noui Claustri eiusque sororibus tam presentibus, quam futuris, regularem uitam professis, in perpetuum.

Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis eneruet. Eapropter, dilecte in Christo filie, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium sancte Dei genitricis et virginis Marie Noui Claustri, Zwerinensis diocesis, abbatissam propriam non habens, sed per priorissam solitum gubernari, in quo diuino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus:

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum, a uobis post concilium generale susceptam, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.

Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum,

largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis et eis, que uobis successerint, et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, possessionem paruum Warin nominatam et medietatem decimarum, quam habetis ibidem, cum omnibus pertinentiis suis, possessiones Naquinsdorp, Reynarsdorp, Celin, Neuer, Ponic, Boriersdorp et Bobelin appellatas cum decimis et omnibus aliis pertinentiis earumdem; possessiones Camin, Glazin et Babiz dictas cum decimis et omnibus pertinentiis earumdem; possessiones Ludersdorp, Lutbersdorp, Indago, Pinnowe et Pinnowe nuncupatas cum decimis et omnibus aliis pertinentiis ipsarum; in terra Parchem possessionem Theghentin cum terris sibi adiacentibus, que Indago uocantur, cum decimis et omnibus pertinentiis suis, possessionem Zloue nuncupatam cum quatuor stagnis, decimis et omnibus aliis adiacentiis et acquisitionibus suis; possessionem Minnowe uocatam et medietatem decimarum, quam ibidem percipitis, cum ómnibus pertinentiis suis; possessiones Deghetowe, Prouesteshagen, Woldenhagen, Bruneshouet, Gariz, Zwerts, Arnesse et Rokentin et Ketzyn nominatas cum decimis et omnibus pertinentiis earumdem; in Jasterviz duos, in Mazslowe duos, in Nigendorp duos, in Radim duos, in nemore Neuer duodecim, in Damme duodecim mansos cum omnibus pertinentiis suis et quicquid iuris in possessionibus predictis habetis, cum terris, pratis, nemoribus,

uineis, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in uiis et seruitiis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum, que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de ortis, uirgultis et piscationibus uestris seu de uestrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat.

Liceat quoque uobis, personas liberas et absolutas et seculo fugientes ad conuersionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper, ut nulli sororum uestrarum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine priorisse sue licentia de eodem loco discedere, discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere.

Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius; sique vero donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus.

Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad synodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat, nec ad domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire presumat, nec regularem electionem prepositi uestri impediat, aut de instituendo uel remouendo

eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat.

Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus impendat, alioquin liceat uobis, quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum, Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per uos transire contigerit, et ab eo benedictiones monialium, vasorum, vestium et consecrationes altarium auctoritate sedis apostolice recipere ualeatis.

Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis uel interdicti sentencias promulgauerint siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas, sicut dictum est, non persoluitis, sine aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint, in illis diebus, in quibus uos laboratis et alii feriantur,

eandem sentenciam protulerunt, ipsam, tanquam contra apostolice sedis indulta prolatam, decernimus irritandam, nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari.

Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare.

Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Preterea omnes libertates et inmunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessis, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel oblatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conser*[uentur]*, earum, pro quarum gub*[ernatione ac sustentatione con]*cessa *[sunt, u]*sibus omnimodis profutura, *[salua]* sedis apostolice auctoritate et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica *[secularisue p]*ersona, hanc *[nostre constitut]*ionis paginam sciens,

contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate *[reamque se diu]*ino iud*[icio]* existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine *[dist]*ricte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(Monogramma pontificale.) Ego Clemens catholice ecclie eps. ss. BN. (Bene valete.)

† Ego ancherus. tt. sce. praxedis pbr. card. ss.

† Ego Guills. tt. sci. Marci pbr. cardin. ss.

† ego odo eps. tusculanus. ss.

† Ego Stephanus prenestinus eps. ss.

† ego frater iohannes port. et sce. Rufine eps. ss.

† Ego Heinricus Ostien. et Velletren. eps. ss.

† Ego ottauianus sce. Marie in vialata diac. card. ss.

† Ego Gottifridus sci. Georgii ad velum aureum diac. card. ss.

† Ego vbertus sci. Eustachii diac. card. ss.

† Ego Matheus sce. Marie in porticu diacon. cardinal. ss.

Datum Viterbii per manum magistri Michaelis sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VII kal. Junii, indictione X^{a}, incarnationis dominice anno M°CC°LXVII°, pontificatus nostri donni Clementis pape IIII anno tercio.

Auf einem 2½ Fuss langen und 2 Fuss breiten, weissen Pergament in der gewöhnlichen römischen Minuskel. Ein Chrismon fehlt. Die erste Zeile ist mit grossen Buchstaben geschrieben, und zwar das erste Wort CLEMENS und das letzte, abbrevirte Wort IN PPM (in perpetuum) in Unzialen, die zwischen beiden Worten stehende Zeile in verlängerter Schrift. An der Stelle des Namens der Priorissin stehen 2 Puncte.

Die Anfangsbuchstaben der einzelnen Hauptsätze (hier Absätze) sind Unzialen. Von den drei Amen am Ende ist das erste und das letzte in verlängerter Schrift geschrieben, das mittlere durch gezogene Linien abbrevirt.

In der Mitte des Pergaments unter der Urkunde steht die Unterschrift des Papstes:

Ego Clemens catholice ecclie eps.

von derselben Hand (des päpstlichen Vice-Canzlers Michael), von welcher die ganze Urkunde geschrieben ist.

Links von dieser Unterschrift steht das monogrammatische Zeichen des Papstes: zwei concentrische Kreise, und in dem innern ein Kreuz. In den Winkeln des Kreuzes steht

§ scs petrus	§ scs paulus
c l e a pp.	m e n s .IIII.

Zwischen den concentrischen Kreisen steht der Wahlspruch:

† Oculi mei semper ad dominum.

Dieser Wahlspruch ist von einer andern Hand, wenigstens mit einer stumpfern Feder als die Urkunde geschrieben. Das kleine Kreuz zwischen den concentrischen Kreisen vor dem ersten Worte: Oculi, des Wahlspruches über dem grossen Kreuze, ist mit dunklerer Dinte und von unsicherer Hand, also von dem Papste selbst geschrieben, da hohe Aussteller von Urkunden nur gewisse kleine Linien oder Zeichen in ihren Monogrammen zum Beweise der Ausfertigung selbst zeichneten; man s. Höfer in Zeitschrift für Archivkunde etc. I, S. 502 flgd. und vgl. Adelung Lehrg. der Dipl. Auch das E in dem ersten Worte Ego der Unterschrift des Papstes ist offenbar mit dunklerer Dinte und auch wohl von einer andern, ungeschicktern Hand, als der übrige Theil der Unterschrift, und vielleicht auch vom Papste selbst geschrieben.

Unmittelbar hinter der Unterschrift des Papstes steht die sehr grosse und verschnörkelte Sigle: ſſ. (subscripsi), so wie sie in Walther Lex. dipl. p. 449, de ao. 1247 dargestellt ist. Neben dieser Sigle steht das bekannte päpstliche Monogramm für BENE VALETE.

Die Unterschriften, von den Cardinälen eigenhändig geschrieben, stehen in drei Columnen: links die der zwei

Cardinalpriester, in der Mittte die der vier Cardinalbischöfe, rechts die der vier Cardinaldiakonen, jede mit einem ſſ (subscripsi) am Ende und mit einem verschieden verzierten Kreuze im Anfange; Regel ist hierin nicht wahrzunehmen: nur das Kreuz der Cardinalpriester steht in einem verzierten Viereck.

An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt die bleierne Bulle des Papstes, mit der Inschrift

CLEMENS. PP. IIII.

Oben am Rande steht in kleinen Buchstaben: coe. (= commune) p (= privilegium) Cistercien. quod fuit rescriptum gratis per G. S. — Oben rechts in der Ecke steht die durchstrichene Zahl: LX. — Auf der Rückseite über der ersten Zeile steht: Galle Lucas. Ueber dem Siegelbande steht auf der Rückseite zwei Mal untereinander:

Domino Johanni Liuoni canonico Lubicensi.

In dem Copialbuche des Klosters aus dem 13. Jahrhundert steht, zur besondern Hinweisung, bei dem letzten bekannten Absatze: Decernimus etc die Randbemerkung eines Klosterbeamten: Nota hic decretum pape appositum.

Nr. XXII.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg bestätigt dem Kloster Sonnenkamp den Besitz aller Güter desselben, welche in seinem Lande liegen, befreiet das Kloster von der Nachmessung der Güter, von der fürstlichen Vogtei und vom Landding, und verleiht demselben das niedere Gericht und ein Drittheil des höchsten Gerichts.

D. d. Sonnenkamp 1271. Jan. 25.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis omnibus hoc scriptum cernentibus post salutem presencium presidium futurorum. Quoniam humanitatis memoria temporum

reuolutione, rerum occupatione in obliuione consenescit, littere perseuerantis remedio labenti memorie prvdenter consulitur, vt quecumque pie deuotionis ordine sub veridicorum testimonio virorum fuerint decisa, posteritatis successio, qve prona semper reperitur ad malum, in irritum numquam valeat reuocare. Itaque cum progenitores nostri a primo cultu christiane fidei ecclesiarum lucris et locorum spiritualium intenderint efficaciter incrementis, vt eas de suis proprietatibus copiose dotarent et in pace et tranquillitate in diebus suis studiosissime conseruarent, nos quoque, ipsorum vestigia fideliter consectantes, claustro ancillarum Christi in Campo Solis, vt iugiter dilecti patris nostri, necnon et precordialissime matris nostre simul et nostri memoria in earundem sanctis orationibus cum participatione bonorum operum, que ibidem exercentur, reuiviscat, prerogatiuas huiusmodi de gracia fecimus speciali, ut videlicet predictum claustrum omnia bona sua, quecumque intra distractus terminorum terre nostre sibi comparauit, siue in villis, siue in molendinis, que sunt: Degetowe cum molendino, Provesteshagen, Mynnowe cum molendino, Woldenhagen, Bruneshoveth cum duobus molendinis adiacentibus, curiam iuxta Gartz positam cum molendino, Bobelyn et stagnum adiacens cum iudicio maiori et minori, Pynnowe cum molendino, campos Gardyst et siluas contiguas in terminis suis, campos Borygerisdorpe prout in terminis terre nostre distenti sunt, Coldenhof cum campo suo quantum in terminis nostris iacet, Never, Cellyn et stagnum adiacens, Reyneresdorp cum molendino et duo-

bus stagnis adiacentibus, Luttykenwarin cum molendino et cum magno stagno, in quantum ab vtroque littore intra terminos nostros comprehenditur, Naquinesdorp cum molendino et cum adiacenti stagno, in quantum intra terminos nostros situatum est, in Yaztervytze duos mansos, in magna Radem duos mansos, in molendino Dampmenhusen vnum punt syliginis et in Tarnevithze bona ea, in quibuscumque ipsum claustrum huc vsque proprietatem habuit: bona hec omnia cum pratis, pascuis, agris cultis et incultis, siluis contiguis, piscinis, aquarum accursibus et decursibus, in longum et in latum, in terminis suis vt nunc distentis, libere et quiete possideat et ipsis imperpetuum perfruatur, vt neque in omnibus hiis bonis prememoratis vllam a nostris successoribus dimensionem funiculi de cetero paciatur. Preterea vt iam dictum claustrum in suis hominibus tumultum aduocatorum nostrorum non senciat aut pressuras, dimisimus eidem in bonis suprascriptis et nunc habitis iudicium ad sexaginta solidos et infra; maius vero iudicium in eiusdem claustri bonis aduocatus noster iuste et legaliter iudicabit et tercia pars eius, quod exinde prouenerit, claustro cedet, relique due nobis. Preterea vt liquidius pateat vniuersis, quod paci simul et tranquillitati huius claustri fideliter intendamus, profectui ipsius et commodo salubriter prouidentes, homines eius vbicumque in terra nostra commorantes a communi terre iudicio, quod *lanthdynch* vulgariter nuncupatur, statuimus esse liberos imperpetuum et exemptos, neque ad illud frequentandum a nobis aut ab aduocato nostro poterunt ratione aliqua coartari. Ut ergo hanc donationem no-

stram, quam ex libenti animo et gratuito fecimus ex affectu, nullus successorum nostrorum presumat in posterum irritare aut in aliquo deprauare, presentem paginam subscriptis testium nominibus honestorum, quos huiuscemodi facto presentes habuimus, cum appensione sigilli nostri iussimus firmiter communiri. Testes autem sunt: frater noster dominus Nycolaus prepositus Zwerinensis, dominus Adam prepositus in Campo Solis, cuius de procuratione hec facta sunt, Hinricus sacerdos capellanus claustri, Gerardus plebanus in Naquinesdorp, Hinricus plebanus in Sterneberg, frater Arnoldus conuersus quidam, et de militibus nostris: Aluericus de Barnekowe, Helmoldus de Plesse, Theodericus Clawe, Conradus de Dotenberg. Quicunque igitur contra hoc factum nostrum aliquid malignari presumpserit, Dei omnipotentis et beatissime genitricis sue indignationem se nouerit incursurum et ab eterni regni felicitate perpetualiter excludendum. Hec in Campo Solis facta sunt anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo primo, datum in conuersione sancti Pauli apostoli per manus Gozscalei, scolastici Wissemarie, notarii nostri.

Auf Pergament in einer festen, mittlern neugothischen Minuskel. An einer Schnur von rother, grüner und gelber Seide hängt des Fürsten Heinrich Siegel, aus geläutertem Wachs, wie es zu Urk. Nr. XXIII beschrieben ist.

Nr. XXIII.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg schenkt dem Kloster Sonnenkamp das Eigenthum der Ein-

künfte aus zwei Hufen in Mazlow und zwei Hufen in Niendorp zum Besten des Siechenhauses des Klosters.

D. d. Wismar 1271. Junii 12.

Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis omnibus presentem litteram inspecturis salutem in domino sempiternam. Expedit propter maliciam temporis ea scriptis autenticis commendare, que nec modernos, nec posteros volumus ignorare. Constare igitur volumus vniuersis, quod nos ob spem et meritum remunerationis eterne monasterio sanctarum virginum monialium in Campo Solis proprietatem reddituum in duobus mansis in villa Mazslowe et in duobus mansis in Nyendorp, que est in terra Parchem, contulimus ita videlicet, ut dominus Hinricus presbyter, capellanus earundem, eisdem redditibus, quam diu vixerit, perfruatur, quo defuncto iam dicti redditus ad infirmariam claustri eiusdem tantum pro refocillatione ibi egrotancium pertinebunt, districte prohibentes, ne in vsus alios alicuius temeritate transponantur, eo tantum iudicio et iure possidendos, quo alii vasalli nostri in predictis villis possident bona sua. Ut ergo hec donatio nostra imperpetuum inconuulsa et stabilis perseueret, presentem litteram conscribi iussimus et sigilli nostri munimine perhennari. Testes autem, quos presentes huic facto habuimus, sunt: Helmoldus de Plesse, Theodericus Claw, Hinricus Pren, Hermannus Storm, Benedictus de Rodenbeke, milites nostri. Datum Wissmarie anno domini M°CC°LXX° primo, in die sanctorum Basylidis,

Cyrini, Naborys et Nazarii, per manus Gozscalci notarii nostri.

Auf feinem, weissem Pergament in einer kleinen, zierlichen, festen Minuskel. An einer Schnur von äusserst regelmässig gesponnenen und weissen linnenen Fäden hängt, aus ungeläutertem Wachs, das völlig erhaltene dreieckige Siegel des Fürsten Heinrich mit dem Stierkopfe mit dem Halsfelle; Umschrift:

✠ SIGILLVM. DOMINI. HEINRICI. MAGNOPOLENSIS.

Nr. XXIV.

Der Fürst Nicolaus von Werle bestätigt, unter Zustimmung seiner Söhne Heinrich und Johann, dem Kloster Sonnenkamp den Besitz aller Güter desselben, welche in seinen Landen liegen, und aller Rechte, befreiet das Kloster von der Nachmessung der Aecker, von der fürstlichen Vogtei, vom Landding und vom Burg- und Brückenbau, und verleiht demselben das niedere Gericht und ein Drittheil des höchsten Gerichts.

D. d. Güstrow 1272. Aug. 1.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Nicolaus Dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. Justorum uirorum ac proborum discretio expostulat et requirit, vt pia facta hominum propter memorie labilitatem litteris conscribantur; vnde, cum omnes ante tribunal Christi stare debeamus, sicut dicit apostolus, rationem, prout bonum siue malum in corpore gessimus, reddituri, notum

esse uolumus vniuersis tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos, ob reuerenciam Dei omnipotentis et honorem beate Marie semper virginis ac in remissionem nostrorum peccatorum, necnon ad nostrorum indulgentiam progenitorum, sanctimonialibus in Campo Solis degentibus et ibidem die ac nocte domino seruientibus toto posse, de bona nostra et libera voluntate ac filiorum nostrorum dilectorum Henrici et Johannis dominorum de Werle consensu beniuolo accedente, bona sua cum villis subscripta in terra nostra sita cum terminis eisdem, quibus habent et actenus habuerunt, contulimus libere et perpetuo possidenda, in pratis, pascuis, stagnis[1]), aquis, aquarum decursibus[2]), siluis, agris cultis et incultis, et omnibus vsuagiis, prout vtilitati ecclesie earum competit, fideliter disponendo. Hec sunt bona cum villis predicte ecclesie, que sequuntur: Techentin villa cum indagine[3]) et cum stagno[4]) et cum molendino, villa Zlove cum stagnis infra terminos ville positis, aqua Mildenize usque ad medium cursum aque, in Plawe in piscatione quadraginta *snesas*[5]) anguillarum, villa Kamin cum suis terminis, in magno Corin IIII[or] mansos, Glasin cum stagnis et terminis suis, villa Pinnov, villa Babece, Ludersdhorpe cum molendino in terminis terre nostre[6]), campum Kniphaf, villa Ponic, villa Borierisdorpe cum molendino, villa Lutbertisdorpe[7]) cum stagno in terminis terre nostre[8]),

---

1) Ex interpretatione sec. XV: an diken. 2) waterlopen. 3) mit deme haghene. 4) vnde mit deme dike efte zee. 5) bunde efte talle aals. 6) an der schede vnde ende vnses landes. 7) Lubberstorpe. 8) an deme ende vnses landes.

Novum molendinum, Indago ad terminos terre nostre[9]), claustrum cum agris, quos aratro suo colit. Claustrum predictum in bonis prefatis a nobis et a nostris successoribus dimensionem funiculi[10]) nullatenus de cetero pacietur. Nolumus preterea, ut claustrum sepedictum in suis hominibus[11]) aduocatorum nostrorum insultus aliquos senciat aut pressuras. Dimittimus eciam ad sexaginta solidos et infra iudicium[12]) in bonis, que nunc habent, ecclesie superius nominate. In maiori uero iudicio, sicut est de capitali sentencia et aliis[13]), aduocatus noster in bonis claustri, et non alibi, iuste ac secundum terre consuetudinem[14]) iudicabit; tercia pars, que ex eo prouenerit, claustro cedet, relique due nobis. Homines claustri[15]), vbicunque in terra nostra commorantur, a communi terre iudicio[16]), quod *lantdhinc* vulgariter nuncupatur, uolumus esse liberos in perpetuum et exemptos, neque ad illud frequentandum a nobis aut ab aduocato nostro poterunt ratione aliqua coartari. Insuper homines[17]) sepedicti claustri a structuris urbium[18]) et pontium esse uolumus penitus absolutos. Ne igitur huiusmodi factum a nostris successoribus dubitetur et ut stabile permaneat atque firmum, sigilli nostri appensione duximus roborandum. Testes huius rei sunt: milites: Mauricius comes de Speghelberge,

---

9) den haghen bet to deme ende des landes. 10) de losinghe, mate efte schaden enes bintre (?) remen. 11) luden vnde vndersaten. 12) sostich schillinge vnde dat minste efte vnderste richte. 13) an deme hoghesten richte also an hant vnde houedes efte halses. 14) nach older wanheit des landes. 15) de tobehorliken eghenen lude desses closters. 16) van deme ghomenen lantrechte. 17) de lude desses closters. 18) makinghe efte buwinghe vnser borghe, slote efte brugghen.

Johannes de Crupellin, Gherardus Ketelhot, Albernus de Butzowe, Nicolaus Hane, Henricus de Spegelberghe, Johannes et Henricus fratres de Kaboldisdhorpe[19]), Adam; famuli[20]): Henricus aduocatus in Guzstrowe, Wescelus marscalcus, Conradus clauiger[21]), Wluingus[22]) et Johannes fratres de Oldenburg et alii quam plures prouidi et honesti[23]). Istud autem negocium Henricus prepositus et Alheydis priorissa eiusdem ecclesie promouerunt. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°CC°LXX°II°, datum Guzstrow kal. Augusti de manu Godefridi prepositi Guzstrowensis.

Auf einem langen Pergament in einer flüchtigen und gewandten Cursive des 13. Jahrhunderts. An einer Schnur von hellgrüner und hellrother Seide hängt des Fürsten Nicolaus Siegel, wie es zur Urk. Nr. XXV beschrieben ist. — Ausserdem sind noch zwei gleichzeitige Abschriften auf Pergament vorhanden, die eine in einer grossen, festen neugothischen Minuskel mit einem eingeschürzten Siegelbande von Pergament ohne Spur von einem Siegel, die andere in einer schönen, kleinen neugothischen Minuskel ohne alle Spur einer Besiegelung, ja selbst ohne umgeschlagenen Rand; — beide, wohl zur Ausfertigung angefertigte Abschriften sind sehr correct geschrieben und stimmen mit der Original-Ausfertigung überein. In ein gleichzeitiges Copialbuch ist nicht allein eine Abschrift dieser Urkunde, sondern auch von jüngerer Hand eine niederdeutsche Uebersetzung derselben aus dem Anfange des 15. Jahrh. eingetragen, von welcher die bemerkenswerthen Interpretationen in Noten unter den Text gesetzt sind.

19) Kabelstorpe. 20) knapen. 21) Conrad Sluter. 22) Wulf. 23) vorsichtige houescher lude.

Nr. XXV.

Der Fürst Nicolaus von Werle verleiht dem Ritter Martin von Bruzsecow das Dorf Vorwerk und bestimmt dessen Grenzen.

D. d. Gnoyen 1273.

Nicolaus Dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum uisuris in domino salutem. Ordinata feliciter et prudenti consilio acta immobilia perseuerant, litterarum si fuerint testimonio confirmata. Hinc est quod scire uolumus tam presentes, quam futuros, domino Martino de Bruzssecowe nos uillam, que dicitur Uorwerch, liberaliter contulisse in suis limitibus, ne a nobis, nec a nostris heredibus de cetero distributionis funiculo minuetur. Limites huius uille sunt hii : a uilla Ganzsekendorp per medium amnem usque ad limites Lubechin, deinde usque ad fossatum Lunowe, per fossatum in adscensu, donec per medium stangnum parwi Lunowe, demum usque ad antiquam uiam, ubi limites dominorum de Werle et Rostoke sequestrantur. Testes huius rei facti milites Fredericus de Dechowe, Bernardus de Hakenstede, Hermannus de Musteke, Herbordus aduocatus in Gnogen, Nicolaus Friso et alii quam plures. Datum Gnogen anno M°CC°LXXIII°.

Auf Pergament in einer kleinen, festen, cursivischen Minuskel. An einer Schnur von rother Seide hängt ein klar ausgeprägtes Siegel das Fürsten Nicolaus, wie es zur Dargunschen Urkunde Nr. LIII (Bd. I, S. 119) beschrieben ist; von der Umschrift ist zu lesen:

✠ SIG..LVM * DOMINI * NICOLAI • DE * WERLE.

Vor dem zweiten Worte Lunowe im Text steht das Wort pw̄, welches aber wohl gegen die Regel parvi (klein Lunow), für parvum gelesen werden muss.

Diese Urkunde wird schon seit dem 16. Jahrhundert bei den Urkunden von Neukloster aufbewahrt und registrirt, obgleich sich kein Grund auffinden lässt, weshalb dieselbe dem Kloster ausgestellt oder ausgeliefert worden sei. Ihrer Wichtigkeit wegen ist sie hier jedoch mitgetheilt.

Nr. XXVI.

Die Fürstin Anastasia, Landesregentin von Meklenburg, verleiht dem Kloster Sonnenkamp das Eigenthum des Dorfes Arnesse mit dem Wendfelde zu dem Rechte, mit welchem das Kloster seine übrigen Güter besitzt.

D. d. Wismar 1275. Jan. 20.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Quoniam ex temporum mutabilitate et hominum caduca fluxibilitate de facili labitur rerum gestarum memoria, in remedium secucientis obliuionis consueuit humana sollertia, actiones hinc inde emergentes litterarum apicibus aut testium vocibus perhennare. Exinde nos Anastasia Dei gracia domina Magnopolensis, vicem dilecti domini et mariti nostri absentis fideliter gubernantes, per inductionem ordinate karitatis, que ad exercicium deuotorum operum quoslibet fideles ammonet, pure propter reuerenciam crucifixi et gloriose Dei genitricis uirginis Marie, cum bona maturitate et deliberacione preuia, contulimus claustro ancillarum Christi in Campo Solis, ut per nos aliquo solacio fulciretur, proprietatem ville Arnesse, a domino Ottone de Suinga prius possesse, et

slauicalis campi dicti *Wenethuelt* cum terminis suis in longum et in latum, vt nunc protensis, cum siluis, agris cultis et incultis, pascuis, pratis, nemoribus, riuis, aquis aquarumque decursibus, volentes vt idem claustrum in bonis dicte ville cum integritate eadem gracia, iure seu iuridicione et libertate perfruatur, qua ceteris suis bonis perfruitur per nostrum et filiorum nostrorum districtum undique situatis, quam quidem libertatem eidem a dilecto marito nostro indultam copiosissime in priuilegiis suis poterit euidencius demonstrare, ita uidelicet specificatam, vt neque per nos uel nobis succedentes eadem bona aliqua dimensione uel funiculi tractione de cetero pregrauentur, nec eciam coloni eiusdem ad ulla seruicia indebita uel ad iudicia popularia, que *lanthdinch* teuthonico uocabulo nuncupantur, ualeant euocari; iudicia quoque sexaginta solidorum et infra pertractabit libere, sed ea, que in collum et in manum accidunt, communibus terre nostre legibus, noster aduocatus, non excedens formam iusticie, diffiniens iudicabit; tercia pars horum, que ex hiis prosilire poterunt, claustro proueniet, relique due nostris usibus colligentur. Hec ideo fecimus, ut deus et dominus ineffabilis misericordie, qui habunde aministrat et non improperat, propter iugem intercessionem earundem Christi ancillarum et aliorum bonorum operum, que apud ipsas frequencius exercentur, maritum nostrum dilectum, dominum Hinricum Magnopolensem, de uinculis paganorum, quibus includitur, saluum eripiat, ipsum nobis et pueris nostris et ceteris amicis ipsius, qui suum mestissime prestolantur reditum,

ad propria remittat in solacium oportunum. Ut autem hec nostra donacio rata, firma et inconuulsa permaneat, presens scriptum sigilli nostri appensione duximus firmiter muniendum, cui eciam et filii nostri Hinricus et Johannes, cum ad statum maturiorem dispensante domino peruenerint, sigilla sua similiter coaponent. Testes sunt: dilectus amicus noster dominus Nicolaus Zwerinensis et Lubicensis ecclesiarum prepositus, dominus Hinricus de Stralendorp, Heydenricus Babbo, Gotscalcus Prene, Gunterus de Lewizow, milites; Johannes, Ortwinus, Bertoldus, fratres dicti de Meyorke, Godefridus de Ploto, Ludolfus Hardenak, famuli, et alii multi clerici et laici, honorabili viro domino Johanne, eiusdem claustri preposito, hec fideliter procurante. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXV°, datum Wismarie, in die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, XIII kal. Februarii.

Auf Pergament in einer gedrängten neugothischen Minuskel. An einer Schnur von rother Seide hängt der Fürstin Anastasia Siegel aus ungeläutertem Wachs. Es ist oval; unter einem dreigipfeligen gothischen Kirchengiebel sitzt auf einem mit Thierköpfen (Lindwurm- oder Greifenköpfen) verzierten Sessel eine weibliche Figur, welche auf der rechten Hand einen Schild mit einem Stierkopfe, in der linken Hand einen Schild mit einem aufgerichteten Greifen trägt; Umschrift:

✠ S : ANAST. SIC : DOM . . . : MAGNOPOLENSIS.

An Schnüren von rother und gelber Seide sind die Siegel ihrer Söhne Heinrich und Johann angehängt.

Das Siegel Heinrichs ist dreieckig und hat einen Stierkopf mit Halsfell; Umschrift:

✠ S'. HINRICI. DO — — .. GNOPOLC . SIS.

Das Siegel Johanns ist etwas über die Hälfte vorhan-

banden; es ist rund gewesen und zeigt im runden, leeren Siegelfelde einen Stierkopf mit Halsfell; Umschrift mit sehr grossen Buchstaben:

—— M. GNOPOLG ——

Diese beiden letzteren Siegel sind, wie auch die Urkunde sagt, später angehängt, da, auch nach andern Forschungen, die Söhne der Anastasia zur Zeit der Ausstellung dieser Urkunde noch keine Siegel führten.

Die gleichzeitige, sorgsame Abschrift in dem Copial-Buche der Kloster-Privilegien liest: vicem gerens, und: slauicalis campi dicti Dornethuelt.

Nr. XXVII.

Die Fürsten (Nicolaus), Heinrich und Johann von Werle verleihen dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Duscin mit dem See und dem Kirchlehn und das Dorf Minnitze und bestimmen die Gerichtsgewalt des Klosters über diese Dörfer.

D. d. Güstrow 1275. Octbr. 1.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus, Hinricus, Johannes Dei gracia domini de Werle omnibus presens scriptum uisuris salutem in perpetuum. Justorum uirorum ac proborum discrecio expostulat et requirit, vt pia facta hominum propter memorie labilitatem litteris conscribantur; vnde, cum ante tribunal Christi omnes astare debeamus, sicut dicit apostolus, racionem, prout bonum siue malum in corpore gessimus, reddituri, notum esse uolumus uniuersis tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos ob reuerenciam Dei omnipotentis et honorem beate Marie semper virginis ac in

remissionem nostrorum peccaminum atque ad indulgenciam progenitorum nostrorum sanctimonialibus in Campo Solis degentibus et ibidem die ac nocte domino seruientibus toto posse de bona nostra ac libera uoluntate contulimus villam Duscin cum stagno adiacente, ius patronatus scilicet donacionem ecclesie, villam eciam Minnitze cum pratis, pascuis, aquarum decursibus, siluis, agris cultis et incultis et omnibus vsuagiis, prout ecclesie earum utilitati competit, libere et perpetuo possidenda, taliter ut claustrum predictum in bonis prefatis a nobis et a nostris successoribus dimensionem funiculi de cetero nullatenus paciatur. Nolumus preterea, ut claustrum sepe dictum in suis hominibus aduocatorum nostrorum insultus aliquos senciat ac pressuras. Dimittimus eciam ad sexaginta solidos et infra iudicium in bonis; in maiori uero iudicio, sicuti est de capitali sentencia et de aliis, aduocatus noster in bonis claustri et non alibi et secundum terre consuetudinem iudicabit; tercia pars, que ex eo prouenerit, claustro cedet, relique due nobis. Homines claustri ac loci supradicti a communi terre iudicio, quod *lantdhinc* nunccupatur, uolumus esse liberos in perpetuum et exemptos, neque ad illud frequentandum a nobis aut ab aduocato nostro poterunt racione aliqua coartari. Insuper homines supradicti claustri a structuris urbium et poncium esse uolumus penitus absolutos. Igitur ne huiusmodi factum a nostris successoribus dubitetur et ut stabile permaneat atque firmum, sigilli nostri appensione duximus roborandum. Testes huius rei sunt: dominus Nicolaus prepositus Zuerinensis, Heinricus prepositus de Rune, Olricus

canonicus Zuerinensis, Gerardus Ketelhot, Johannes de Belin, Heinricus de Vlotowe, Nicolaus de Brvzeviz, Johannes de Duscin, Gunterus de Lewezowe, Heidenricus Babbo, Thanquardus Gusteuele, Conradus Berkhane, Nicolaus Ruce. Istud autem promouit Johannes prepositus eiusdem ecclesie. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°CC°LXX°V°; datum in Gusterowe kal. Octobris.

Auf Pergament in einer sehr grossen, schönen Minuskel mit verlängerter Eingangsformel. An Schnüren von rother Seide hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs, wie sie zur Dargunschen Urkunde Nr. LXXII, Bd. I, S. 157, beschrieben sind, nämlich die Siegel der Fürsten Heinrich und Johann von Werle, mit den Umschriften:

✠ SIG..LVM * DOMINI * HEINRICI * DE * WERLE.

und

✠ SIGILLVM * DOMINI * IOHANNIS * DE * WERLE.

Die erste Siegelstelle ist leer, auch ist kein Loch für das Band des ersten Siegels, des Fürsten Nicolaus I, welcher „nach 1 October 1275 gestorben" sein soll, eingeschnitten, obgleich die Urkunde noch mit in seinem Namen ausgestellt und von Güstrow datirt ist. Wahrscheinlich war er daher an diesem Tage schon so schwach, dass er Staatsgeschäfte nicht mehr ausführen konnte. Gewiss ist es, nach ungedruckten Urkunden, dass er im J. 1277 schon todt war, jedoch noch am 10 Junii 1276 lebte (vgl. Jahrb. II, S. 230). Nach dem Doberaner Kreuzgangsfenster starb er am 7 Mai 1277, sass also länger als 50 Jahre auf dem Throne.

In dem Copialbuche aus dem 13 Jahrh. steht über dieser Urkunde mit der Schrift des 15 Jahrh.:

privilegium dominorum Nicolai, Hinrici et Johannis de Werle super Groten Detzin et uillam Mynnetze, quod vulgariter dicitur dat Ludtkedorp.

In einer deutschen Uebersetzung dieser Urkunde aus dem Anfange des 16 Jahrh. wird statt des Dorfes Minnetze im Texte aufgeführt: dat dorp Lütkendorp.

Nr. XXVIII.

Der Präpositus Johann von Sonnenkamp bestimmt die jährliche Verwendung der von dem Ritter Hartwig Metsike dem Convent zu Sonnenkamp geschenkten jährlichen Hebung von 12 Drömt Korn aus dem Dorfe Corin.

D. d. 1279. Februar 2.

In nomine domini. Johannes Dei gracia prepositus in Campo Solis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam. Status futuri temporis, qui humanis sensibus est ignotus, requirit, ut ipsius incertitudo propter res, quas durare cupimus, certificetur per litteras et per testes. Nouerint igitur uniuersi, quibus presens scriptum uidere contigerit uel audire, quod dominus Hartvicus miles dictus Metsike, attendens, quia elemosinis suffragia ecclesiarum acquisita ad indulgenciam proficiant defunctorum, de quatuor mansis in villa Corin sitis ecclesie Campi Solis emit XII tremodiorum redditus, videlicet quatuor tremodia siliginis et totidem ordei et auene, a quodam Heynrico, Suan moranti quondam, qui Clauiger fuerat appellatus, predictos reditus integraliter conferens dominabus, ut de isdem consolacionem quater in anno habeant in refectorio specialem in quatuor anniuersariis, scilicet patris et matris et uxoris supradicti militis et cuiusdam Reymberni avunculi eiusdem, quorum ibidem corpora sunt sepulta, supradicta bona ideo conuentui specialiter deputans, ut iam dictorum memoria in monasterio missis et

vigiliis sollempniter peragatur. Propterea neque prepositus, nec aliquis huiusmodi redditus debebit conseruare siue exquirere, nisi quem domine specialiter ad hoc uoluerint ordinare. Vt autem predicta ordinacio a nostris successoribus non irritetur, uel per heredes supradicti infringatur militis et cassetur, presens scriptum in huius euidenciam sigillis nostris appendentibus duximus roborari. Testes autem affuerunt: dominus Gerardus Metsik, dominus Gerardus et dominus Wernerus Reseuize, dominus Otto de Reuentlo et dominus Heynricus Lupus, milites, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M° ducentesimo LXXIX°, IIII° nonas Februarii, in die purificacionis sancte Marie.

Auf Pergament in einer fetten Minuskel. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs. An der ersten Stelle hängt das elliptische, durch einen dreifachen, nicht verzierten Bogen quer getheilte Siegel des Propstes Johann, in dessen oberer Hälfte ein Marienbild im Brustbilde mit dem Christkinde steht, in dessen unterer Hälfte ein betender Geistlicher knieet, mit der Umschrift:

✠ S. IOHĀNIS. P̄POSITI. IN. CAMPO. SOLIS.

An der zweiten Stelle hängt das Siegel des Convents von Neukloster. Dies ist ein neues Conventssiegel, welches dem ältern sehr ähnlich, nur etwas schmaler geformt und besser gestochen ist und ausserdem einige Abweichungen hat: die Maria hält das Christkind gerade auf dem linken Arme (während sie es auf dem alten Siegel schräge hält), mit der rechten Hand hält sie eine kurze Lilienblume vor der Brust (während sie auf dem alten Siegel einen Lilienstengel in der rechten Hand hält) und die Umschrift lautet:

✠ S'. BEATE. MARIE. IN. CAMPO. SOLIS.

Das alte Conventssiegel kommt jedoch noch einige Jahre später vor, z. B. im J. 1282, vgl. Urk. Nr. XXXI.

Zu einem dritten Siegel ist ein Loch eingeschnitten.

Nr. XXIX.

Der Präpositus Johann von Sonnenkamp bestimmt die Verwendung der Aufkünfte aus dem Gute Newopersmolen mit Mühle, Waldung und Fischerei, aus zwei Hufen in Reinersdorp und aus der obern Mühle zu Brunshoved, welche Güter er vor seiner Berufung zur Propstei aus eignen Mitteln gekauft und dem Kloster zum Besten des Convents geschenkt hat.

D. d. 1280. Nov. 25.

In nomine sancte trinitatis. Johannes miseracione diuina prepositus in Campo Solis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui omnes saluos fieri et neminem vult perire. Quod temporaliter geritur, ab humana cito memoria tollitur, nisi scripturarum munimine solidetur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes, quam futuri, quod nos, attendentes, quam vtile et salubre sit, res temporales in celestes diuicias commutare, inspirante nobis Dei clemencia, de beneficio et ecclesia habita ante tempus vocacionis nostre ad ecclesiam Campi Solis, conuentui eiusdem monasterii comparauimus villam Newopperesmolen vocatam cum molendino et silua et piscatura et anguillis de eodem molendino persoluendis annuatim. Insuper propriis, ut iam diximus, facultatibus emimus duos mansos in villa Reynerstorpe a quodam iudice eiusdem ville dicto Herdewic et in Bruneshouede

molendinum, quod ibidem vocatur superius, volentes ut omnia, que ab eisdem bonis poterunt prouenire frumento, anguillis et piscibus ceterisque attinenciis, in denarios commutatis, quater in anno conuentus percipiat distribuente tali ordine: in annunciacione beate Marie virginis VI marcas et IIII solidos et in festo corporis domini totidem; item in assumpcione beate Marie VI marcas et IIII solidos et totidem in sollempnitate beate virginis Katerine; de parte uero supereminenti quater in anno, quando cantatur sequencia: Aue preclara, scilicet in octaua assumpcionis et natiuitatis domine nostre, et sabbato ante aduentum, et quando deponitur aevia (?), ad refectionem fiet conuentui consolacio specialis; similiter in festo sancte Katerine huiusmodi consolacio erit cum gracia supradicta, hoc adicientes, quod neque prepositus, nec aliquis ad familiam claustri pertinens de exquisicione bonorum prehabitorum se intromittere debeat, nisi hoc fiat ex iussu et consilio dominarum. Hec autem sunt ideo conuentui deputata, ne memoria nostri nec amicorum nostrorum ab oracione et participacione bonorum operum inperpetuum separetur. Huius autem ordinacionis et donacionis testes affuerunt: dominus Gherardus de Naquinstorpe, Jo. de Merica et Jo. de Reze, sacerdotes, dominus Hinricus miles de Demene et Hermannus frater eiusdem, Sifridus de Woroldestorpe, Arnoldus de Gustroe et plures alii fide digni. Acta autem sunt hec anno domini M°CCLXXX, VII kalendas Decembris, natali sancte Katerine virginis et martiris.

Auf Pergament in einer grossen, flüchtigen, cursivischen Minuskel. An zwei Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus

ungeläutertem Wachs: das neue Siegel des Convents von Sonnenkamp, wie es Nr. XXVIII, und das Siegel des Propstes Johannes, wie es ebenfalls Nr. XXVIII beschrieben ist. Das Wort aevia steht klar und unbezweifelt in der Urkunde; was es bedeuten soll, ist mir zweifelhaft, jedoch scheint es, dass der Tag Johannis Evang. (27. Dec.) damit bezeichnet werden soll, da das Wort depositio, nach Du Fresne h. c., vorzugsweise von diesem Feste gebraucht wird.

Nr. XXX.

Die Fürsten Heinrich, Johann und Bernhard von Werle verleihen dem Kloster Neukloster das Eigenthum von zwei Hufen im Dorfe Sukow bei Güstrow.

D. d. Rostock 1281. März 12.

In nomine Domini Amen. Heinricus, Johannes et Bernardus Dei gracia domini de Werle omnibus in perpetuum. Actio temporalis periret de facili, si non firmaretur testimonio litterali. Hinc est quod scire volumus presentes et posteros, nos ob salutem animarum nostrarum contulisse sanctimonialibus in Nouo Claustro proprietatem, quod dicitur *egendom* teutonice, duorum mansorum, qui siti sunt in villa Zucowe prope Guztrowe ciuitatem, cum omni iure, quo actenus contenti fuerant, perpetue possidendam. Et ne hec collatio ab ullo posterorum facta dubitetur uel infringatur, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Testes autem sunt, qui huic nostre aderant ordinationi: Heinricus de Vlotowe, Godikinus Luche, Johannes Kabolt, Nicolaus Hane, Ger-

rardus et Jordanus fratres dicti de Cropelin, milites, Martinus de Malin et Johannes, clerici, Hildebrandus de Molne, ciuis in Lubeke. Datum et actum in ciuitate Rostock anno domini M°CC°LXXX°I°, in die beati Gregorii pape.

Auf Pergament in einer kleinen, festen Minuskel. An rothen seidenen Schnüren hangen die Siegel der drei Fürsten von Werle aus ungeläutertem Wachs, alle drei dreieckig-schildförmig mit einem vorwärts schauenden gekrönten Stierkopfe auf einem Schilde innerhalb der Umschrift:

1) Das Siegel des Fürsten Heinrich hat keine Verzierungen und die Umschrift:

✠ SIGILLVM * DOMINI * HEINRICI * DE * WERLE.

2) Das Siegel des Fürsten Johann hat in der obern Ecke rechts eine Sonne, in der obern Ecke links einen halben Mond, in der untern Ecke einen Stern zur Verzierung und die Umschrift:

✠ SIGILLUM * DOMINI * IOhANNIS * DE * WERLE.

3) Das Siegel des Fürsten Bernhard hat in jeder Schildecke eine Rosette zur Verzierung und die Umschrift:

✠ SIGILLVM * BERNARDI * DOMINI * DE * W'LE.

Urkunden mit den Siegeln der drei Fürsten kommen zur Zeit vorstehender Urkunde öfter vor.

Von dieser Urkunde ist ein undatirtes, dem Anscheine nach ungefähr gleichzeitiges Transsumpt des Magistrats von Lübeck vorhanden, welches beginnt:

Vniuersis hoc scriptum visuris aduocatus, consules ciuitatis Lubicensis salutem in Domino. Nobilium virorum dominorum de Werle priuilegium non rasum, non cancellatum, non abolitum, non suspectum, nec in aliqua parte viciosum nos uidisse recognoscimus in hec uerba:

folgt die vorstehende Urkunde mit geringen orthographischen und synonymischen Abweichungen.

An einem Pergamentstreifen hängt das jüngere Siegel der Stadt Lübeck, welches in der Zeichnung dem Siegel an der Urk. Nr. VI. gleich ist; jedoch ist der Umfang grösser, die Sculptur erhabener, die Umschrift grösser und mehr verziert; das Kreuz auf dem Maste in der Umschrift

fehlt und statt dessen steht in der Umschrift die Flagge, welche in dem ältern Siegel noch im Siegelfelde stand; Umschrift:

: SIGILLVM : BVR .. N - SIV . : .. : .... KE :

Auf die Rückseite des Siegels ist, nachdem das Wachs des grossen Siegels, wie gewöhnlich, mit den sichtbaren Fingereindrücken auf der Rückseite versehen war, eine runde Wachsplatte von der Grösse eines Speciesthalers aufgelegt, welche das Secretsiegel der Stadt zeigt: im runden Siegelfelde das Bild eines Kaisers mit dem Scepter in der Rechten und dem Reichsapfel in der Linken, auf einem niedrigen Sessel sitzend; Umschrift:

✠ SECRETV̄ . CIVITAT' . LVBBEK .

Nr. XXXI.

Das Kloster Sonnenkamp bezeugt, dass der lübecker Bürger Heinrich von Isernlo dem Kloster die Aufkünfte von zwei Hufen des Dorfes Sukow geschenkt, den Genuss derselben aber seinen beiden Töchtern im Kloster Sonnenkamp auf deren Lebenszeit bestimmt habe.

D. d. 1282.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Jo. dei gracia prepositus Campi Solis, A. priorissa totusque conuentus eiusdem loci vniuersis hanc litteram visuris salutem in virginis filio Jhesu Christo. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur cum tempore, vtile et consultum est, litterarum testimonio commendare, vt quod honeste gestum est, cunctis scire volentibus litterarum series purius eloquatur. Ad noticiam dirigimus vniuersalem, quod Heinricus dictus de Iserenlo ciuis Lubicencium pio pectore per paternam procuracionis prouidenciam filiabus suis in dicto iam

claustro existentibus supra honestam oblacionem, quam in eodem loco Deo et eius pie genitrici ad prebendam ipsarum obtulit, nunc addidit duos mansos in villa, que dicitur Sucowe, nouem tremodia persoluentes, duo siliginis, duo ordei et quinque auene, vt ipsis in vita sua libere et quiete ad necessaria sua per licenciam et graciam prepositi vtantur, ita tamen, si vna discedat filiarum, altera nichilominus sine diminucione duorum mansorum redditus percipiat, post mortem vero ambarum singulis annis medietas prouentuum predictorum in anniuersario ipsius Hinrici et alia medietas in anniuersario vxoris sue Gertrudis ad pitanciam et lautiorem procuracionem conuentus in emptionem vini et panis triticei expendetur. Procuracionem vero sepius dictorum mansorum commisit filiis suis Johanni et Gerardo quam diu viuunt, post mortem ipsorum recipiet priorissa et conuentus eiusdem loci eligantque sibi dispensatorem, qui proficuus et utilis eis videatur. Ne igitur tam racionabile factum a nostris successoribus infirmetur, presentes litteras scribi et sigillis nostris fecimus communiri. Testes autem, qui huic ordinationi interfuerunt: sacerdotes: Hinricus de Bibowe, Gerardus de Naquindhorpe, Johannes de Mirica; laici: Johannes de Rostokke aduocatus, Conradus de Gellerdessen, Heinricus de Demene. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXX°II°.

Auf Pergament in einer breiten, unregelmässigen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs: das Siegel des Präpositus Johannes, wie es zur Urk. Nr. XXVIII, und zum letzten Male das alte Convents-Siegel, wie es zur Urk. Nr. IV. beschrieben ist; vgl. Urk. Nr. XXVIII.

Nr. XXXII.

Die Fürstin Anastasia von Meklenburg und deren Söhne Heinrich und Johann verleihen dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Newopersmolen mit der Mühle und einem Theile der Fischerei auf dem angrenzenden See und dem Teiche Borckowe.

D. d. Sonnenkamp 1283. Junii 24.

In nomine domini Amen. Anastasia et filii eius Heinricus et Johannes, Dei gracia domini Magnopolenses, omnibus hoc scriptum cernentibus post salutem presencium presidium futurorum. Quoniam humanitatis memoria temporum reuolucione, rerum occupacione in obliuione consenescit, littere perseuerantis remedio labenti memorie prudenter consulitur, vt quecumque pie deuocionis ordine sub ueridicorum testimonio uirorum fuerint decisa, posteritatis successio, que prona semper reperitur ad malum, in irritum numquam ualeat reuocare. Itaque cum progenitores nostri a primo cultu Christiane fidei ecclesiarum lucris et locorum spiritualium intenderint efficaciter incrementis, ut eas de suis proprietatibus copiose dotarent et in pace ac tranquillitate in diebus suis studiosissime conseruarent, nos eorum uestigia fideliter consectantes, claustro ancillarum Christi in Campo Solis, ut iugiter dilecti patris nostri et precordialissime matris nostre simulque nostri memoria in earumdem sanctis oracionibus cum participacione bonorum operum, que ibidem exercentur, reuiuiscat, contulimus villam Newopersmolen in terminis suis cum molendino

et omnibus reditibus eius, in stagno adiacenti quartum dimidium tractum cum sagena et piscina Borchowe, secundum quod distenditur in terminis domini[i] nostri ad medium aque, que uocatur Mildeniz; concedimus autem eidem claustro iudicium tale, sicut habet in aliis uillis terre nostre. Vt ergo hanc donacionem nostram, quam ex libenti animo et gratuito fecimus ex affectu, nullus successorum nostrorum presumat in posterum irritare aut in aliquo deprauare, sigillis nostris presentem paginam fecimus communiri. Testes autem sunt: patrui nostri dominus prepositus Zverinensis et dominus Johannes de Godebuz; clerici: dominus Heinricus de Bybowe, Gerardus de Naquinesdorpe; milites autem: Benedictus de Rodenbeke, Conradus Pren, Gunterus de Lewezowe. Quicumque ergo contra hoc factum nostrum aliquid malignari presumpserit, dei omnipotentis et beatissime genitricis sue indignacionem se nouerit incursurum. Hec in Campo Solis facta sunt anno incarnacionis dominice millesimo CC°LXXXIII°; datum in natiuitate sancti Johannis baptiste.

Aus einem Diplomatarium des Klosters Neukloster auf Pergament in 4to aus dem letzten Viertheil des 13. Jahrhunderts. Diplomatisch ist nichts weiter zu bemerken, als dass an der Stelle, wo die Namen der verliehenen Güter aufgeführt werden, domini wahrscheinlich statt dominii steht, wenn man domini nicht auf den pilgernden Gemahl der Fürstin beziehen will. Auf dem Rande über der Urkunde steht mit der Schrift aus dem 15. Jahrh.:

Nepersmolen et stangnum, piscaturam in stangno Borkow usque ad aquam que dicitur Myldenisse 1283.

Ueber das Original dieser Urkunde sagt D. Clandrian in einem Repertorium der Urkunden von Neukloster:

„Anno 1583 den 5. Octobris hat der durchlauchtiger hochgeborner Fürst und Her, Her Vlrich Hertzog zu Mekelnburg etc. dem Kloster Dobertin cediret

vnd abgetretten die Schlouer vnd Neperssmolensche Feldtmarken, die See vnd andere Zugehörungen, Item die Lenwahr der Kirche zu Dabell. Derwegen was hieuon in den briefen gedacht wirt, dem Ambte Newencloster nicht zutreglich ist. Vnd sein die Briefe vber Neperssmolen dem Kloster Dobertin eingeantwortet. Actum 5 Septembris Anno 1584."

Die vorstehende Urkunde, die Urkunde vom 22. Sept. 1288 (Nr. XXXIV) und die Urkunden vom 18. Julii 1306, 24. Junii 1307 und 26. Jan. 1502, von denen Regesten weiter unten mitgetheilt sind, befinden sich daher im Archive des Klosters Dobbertin.

Nr. XXXIII.

Die Domherren Richard und Volrath von Schwerin, als Bevollmächtigte des Domherrn Reyner von Lüttich, Einnehmers des Zehnten für das heilige Land, bitten den Bischof Hermann von Schwerin, den Bann von der Klosterkirche zu Neukloster zu nehmen, da der Präpositus des Klosters den Zehnten entrichtet habe.

D. d. Schwerin 1284. Jan. 25.

Reuerendo in Christo patri ac domino suo Her. Zwerinensis ecclesie episcopo Richardus et Volradus, eiusdem ecclesie canonici, collectores et inquisitores decime terre deputate, per diocesin Zwerinensem detente, constituti a domino Reynerio Leodiensi canonico, collectore decime in quibusdam Alimanie partibus a sede apostolica deputato, cum debita subiectione reuerenciam. Mittimus ad vos dominum

Jo. prepositum Noui Claustri, qui nobis de decima terre sancte satisfecit, humiliter supplicantes, ut diuina in predicta ecclesia Noui Claustri restituatis et prepositum eiusdem ecclesie ab excommunicacione absoluatis et cum ipso super irregularitate, si qua incidit, misericorditer dispensetis. Datum Zwerin in die conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini M°CC°LXXX° quarto.

Auf einem schmalen Pergament in kleiner, unregelmässiger, cursivischer Minuskel. An zwei Pergamentstreifen, auf welchen (von dem Concept der Urkunde?) die ersten Zeilen der Urkunde geschrieben stehen, hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs:

das erste, kleine, runde Siegel hat im runden Siegelfelde einen links hin sprengenden Reiter mit Schild und Lanze, über seinem Rücken steht im Siegelfelde in kleinen Unzialen: S. GEORG; die Umschrift lautet:

✠ S'. RICHARDi. DE. (ass?) EBVRG. CAN. ZVERINEN.;

das zweite Siegel ist sehr beschädigt; es scheint elliptisch gewesen zu sein und ist quer durch einen Kirchengiebel getheilt; über demselben sind noch die Beine einer sitzenden Figur (wohl der Maria) erkennbar, unter demselben knieet ein rechts hin gewandter, betender Geistlicher ohne Schmuck, an dessen beiden Seiten zwei Wappenschilde stehen: vor ihm (rechts) steht ein Schild mit einem Wappen, welches zwei gegen einander gekehrte, mit den Spitzen nach unten gekehrte Flügel enthält. Dies scheint das Wappen der von Plate zu sein; aber auch die von Trechow führten ein gleiches Wappen; ähnlich ist das Wappen dem der edlen Herren vom Berge, welche einen grossen Adlerflügel führen. Hinter ihm ein Schild mit einem Agnus Dei, wie es scheint. D Umschrift ist ausgebrochen

---

Nr. XXXIV.

Der Bischof Hermann von Schwerin bestätigt die Schenkung des Präpositus Johann von

Sonnenkamp an dieses Kloster, bestehend aus dem Dorfe Nepersmolen mit Mühle, Wald und Fischerei, aus zwei Hufen in Reinerstorp und aus der oberen Mühle zu Brunshoved, und die Verwendung der Einkünfte aus diesen Gütern für den Nonnen-Convent,

d. d. 1287, Sept. 8,

und die Anerkennung dieser Schenkung und Verwendung durch den Präpositus Gottschalk,

d. d. 1288,

unter Transsumirung der darüber ausgestellten Urkunden.

D. d. Warin 1288, Sept. 22.

In nomine sancte trinitatis Amen. Hermannus Dei gratia Suerinensis ecclesie episcopus vniuersis, ad quos literae istae peruenerint, salutem in domino sempiternam. Notum sit vniuersis Christi fidelibus, presentibus et futuris, nos recepisse literas domini Gotscalci prepositi sanctimonialium monasterii Campi Solis, non cancellatas, nec in aliqua sui parte uitiatas, in hec verba:

Gotschalcus miseracione diuina prepositus in Campo Solis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui omnes saluos fieri et neminem uult perire. Recognoscimus nos uidisse literas domini Johannis, pii predecessoris nostri in hec uerba:

[Johannes miseracione diuina prepositus in Campo Solis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui omnes saluos fieri et neminem uult perire.] Quod temporaliter geritur, ab humana cito memoria tollitur, nisi scripturarum munimine solidetur. Nouerint igitur uniuersi, tam presentes, quam futuri, quod nos, attendentes quam utile et salubre sit, res temporales in celestes diuicias commutare, inspirante dei nobis clemencia, de beneficio et ecclesia habita ante tempus uocationis nostre ad ecclesiam Campi Solis, pro speciali commodo conuentui eiusdem monasterii comparauimus uillam Nepersmolen uocatam cum molendino et silua et piscatura et anguillis de eodem molendino persoluendis annuatim; insuper propriis, ut iam diximus, facultatibus emimus duos mansos in uilla Reinerstorp a quodam iudice eiusdem uille dicto Hardewigk, in Bruneshovede molendinum, quod ibidem uocatur superius, uolentes ut omnia, que ab eisdem bonis poterunt prouenire frumento, anguillis et piscibus ceterisque attinentiis, in denarios commutatis, quater in anno singule domin(ic)e emancipate unum solidum, domicelle uero tres denarios recipiant, distribuente tali in annunciatione beate virginis, in festo corporis domini, in assumptione beate Marie virginis, in solemnitate virginis Katerine. Hec autem ideo conuentui sunt deputata, ut memoria nostra et fratris nostri Sifridi et domini Johannis de Miraka, necnon auunculorum nostrorum Henrici ac Hermanni, qui sepulturam suam in eodem loco solemniter elegerunt, sub oracionum et bonorum operum participatione, que deo dante

illic perficiuntur, habeatur. Huius ordinacionis et donacionis testes adfuerunt: dominus Gerardus de Naquensdorp, Johannes de Mirica, Wilkinus, Sifridus et Johannes Retze, sacerdotes, dominus Henricus de Demene et Hermannus frater eiusdem, Sifridus de Woroldestorp, Arnoldus de Gustrow et alii plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXXVII, sexto idus Septembris, in natiuitate beate Marie virginis.

Corpora supradicta, cum defuncti fuerint, curru claustri adducentur ad sepeliendum in sepultura fratrum.

Nos ergo ordinacionem huiuscemodi gratam et ratam, quantum in nobis est, habentes, presens scriptum conscribi fecimus et sigillo conuentus et nostro firmiter communiri, anno domini M°CC°LXXXVIII.

Nos igitur ipsa authoritate, qua fungimur, tenorem presentem approbamus ac ipsum rite et prouide factum potestate ordinaria confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram confirmacionem infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptauerit, indignationem dei et nostram se nouerit incursurum et in die nouissimo cum iniquis et reprobis recipere porcionem. Datum Warin anno domini M°CC°LXXXVIII, in die S. Mauricii et sociorum eius.

Nach einer Abschrift vom J. 1584 im Grossherzogl. Geh. und Haupt-Archive. Diese Abschrift ist in manchen Stücken in der Orthographie neumodisch und eigenthümlich; die Orthographie und der Eingang der Haupturkunde des Propstes Johann, welcher wegen Uebereinstimmung mit der Eingangsformel der Confirmation des Probstes

Gottschalk weggelassen war, ist aus der Urkunde vom 25. Nov. 1280, Nr. XXIX, theils nach altem Styl hergestellt, theils in [ ] ergänzt.

Nr. XXXV.

Die Priorin und der Convent von Sonnenkamp ertheilen einem Berthold und seiner Schwester Margarethe dafür die Fraternität, dass diese dem Kloster eine jährliche Hebung von 6 Scheffeln Gerste und 6 Scheffeln Hafer aus Arnesse zum Besten des Convents verliehen haben.

D. d. 1289. Sept. 3.

In nomine domini. Alheidis priorissa totusque conuentus in Campo Solis omnibus hoc scriptum visuris orationes in omnium saluatore. Ad noticiam cunctorum volumus peruenire, quod Bertoldus et Margareta soror sua bone memorie de communi consensu heredum suorum, attendentes hoc, quod orationes et suffragia ecclesiarum spiritus adiuuent defunctorum, ad ytilitatem ecclesie nostre et salutem animarum suarum contulerunt nobis perpetuo in Arnesse percipiendos sex modios ordei et sex modios auene, ita ordinantes, ut in anniuersario eorum nostro conuentui de dicta annona refectio tribuatur, vnde plenam eis damus fraternitatem, huiusmodi gracia benignitatis requirente, et hoc eis recognoscimus et presenti littera protestamur. Datum anno domini M°CC°LXXX°VIIII°, tercio nonas Septembris.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt das Conventssiegel von Neukloster wie an Nr. XXVIII.

Nr. XXXVI.

Die Söhne des verstorbenen Ritters Johann von Dussin setzen dem Kloster Sonnenkamp 6 Mark Hebungen aus Cobandinerhagen für 60 Mark Geldes zum Pfande, welche ihr Vater dem Kloster zugesichert hatte.

D. d. Doberan 1291. Februar 21.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Cum dominus Johannes dictus de Ducin, miles noster dilectus et fidelis, bone memorie, filie sue Margarete in claustro monialium Campi Solis existenti sexaginta marcas denariorum pro prebendula assignauerit et morte preuentus ipsas non persoluerit, nec filii dicti domini Johannis dictam pecunie summam in presenti sufficiant ad soluendum, notum facimus vniuersis, tenore presencium publice protestantes, Ludolfum, Johannem, Nicolaum, Hinricum, Conradum et Bernardum, filios eiusdem domini Johannis, ex assensu nostro plenario, memorato claustro Campi Solis prouentus sex marcarum in villa dicta Cobandinerhaghen de duobus mansis, quos Woldemarus ibidem nunc colit, annis singulis percipiendos pro prehabitis sexaginta marcis sub ypoteca pignoris assignasse, condicione tali interposita, quod, quandocumque ad tantas res deuenerint, ipsos prouentus redimendi liberam habebunt per omnia facultatem. In cuius rei testimonium et cautelam presenti littere inde conscripte ad peticiones prenotatorum puerorum eorumque

amicorum sigillum nostrum duximus apponendum. Testes sunt: Nicolaus Ketelhot, Hinricus Brusehauere, Wernerus de Wic, milites, Bernardus de Lesten, Ludolfus de Gantzowe, Conradus de Rensowe et alii quam plures fide digni. Datum in Doberan anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo primo, in vigilia cathedre sancti Petri.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel, wie sie im 14. Jahrhundert allgemein ist. An einem Pergamentstreifen hängt ein dreieckiges Siegel aus ungeläutertem Wachs mit einem vorwärts schauenden Stierkopfe auf einem, das Siegel füllenden Schilde, in dessen Ecken: oben rechts die Sonne, links der Mond, unten ein Stern steht; Umschrift:

✠ SIGILLVM * DOMINI * NICHOLAI * DE * WERLE.

Nr. XXXVII.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg giebt seine landesherrliche und lehnsherrliche Einwilligung, dass die Brüder von Plessen an den lübecker Bürger Gerhard von Tribeses 450 Mark slav. Pf. jährlicher Hebung aus dem Dorfe Tsarnekow wiederkäuflich verkaufen.

D. d. Wismar 1295. März 18.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam humana labilis est memoria, ex maiorum sagacitate prudenter emanauit, vt quod memorabile temporaliter agitur, ad successiue posteritatis memoriam scripture testimonio transferatur. Ea propter et presentibus notum facimus

et futuris, quod constituti in presencia nostra dilecti fideles nostri Bernardus, Helmoldus Rosendal et Helmoldus iunior, milites, et Reymbernus, fratres dicti de Plesse, recognouerunt vnanimiter coram nobis, se mediante consilio et consensu heredum ac amicorum suorum omnium rite vendidisse et racionabiliter Gerardo dicto de Tribbeses ciui Lubicensi et ipsius veris heredibus nobis dilectis in villa Tsarnekowe redditus quadraginta quinque marcarum denariorum slauicalium annuatim pro quadringentis et quinquaginta marcis denariorum eiusdem monete, tali modo quod idem Gerardus et sui heredes ipsam villam cum dictis redditibus, omni iure, libertate, censu et fructu, cum agris cultis et incultis, pratis et pascuis, aridis et paludibus, siluis et lignis, areis et molendinis, aquis, aquarum decursibus, terminis et distinctionibus et plane cum omnibus, quibus dicti fratres in ea hactenus vsi sunt, cum plena proprietate debeant perpetuis temporibus libere possidere, qui fratres de Plesse recognouerunt dictam pecuniam eis esse integraliter persolutam. Nos igitur accedente consensu et consilio heredum, consiliariorum ac vasallorum nostrorum omnium huiusmodi vendicionem ratam et gratam habentes, ob dilectionem et fauorem dictorum Gerardi et heredum suorum renunciamus omni iuri et seruicio nobis et nostris successoribus competentibus in eadem villa, hanc eis superaddentes prerogatiuam specialem, vt si, quod absit, nos et nostros successores seu quoslibet alios principes et dominos nobiles cum ciuitate Lubicensi aut quoscunque eius inhabitatores contigerit in posterum super quibuscunque articulis

discordare, dicti Gerardus et heredes sui in dicta villa et ipsius attinenciis et redditibus nullum defectum, impedimentum vel violenciam paciantur, sed eam cum bona securitate possideant pleno iure. Preterea si propter karitatem seu quamcunque aliam causam in terra nostra alicubi prohibitum fuerit, ne annona educatur, nichilominus Gerardus et sui heredes predicti omnem annonam de villa predicta prouenientem educendi, quorsumcunque et quandocunque voluerint, habebunt liberam potestatem. Damus insuper eis plenam potestatem et liberam facultatem, quod sepedictam villam cum redditibus, iuribus, libertatibus et proprietatibus predictis vendere, dare, legare et alienare possint, qualitercunque voluerint, tam locis et personis spiritualibus et ecclesiasticis, quam secularibus quibuscunque, nostra aut nostrorum successorum seu quorumlibet aliorum contradictione non obstante, et illi, quibus eam vendiderint, ipsam cum omnibus iuribus, libertatibus et redditibus predictis perpetuo possidebunt. Recognoscimus eciam, dictos fratres de Plesse et eorum heredes ac nichilominus omnes in dictis villis inpheodatos aut aliquid iuris habentes omne ius tam pheodale, quam aliud cuiuscunque nominis fuerit, coram nobis ad manus Gerardi et heredum suorum predictorum liberaliter resignasse. Ceterum pro speciali dilectione dederunt dictis fratribus de Plesse potestatem plenariam, dictam villam cum redditibus sepedictis infra quinque annos immediate nunc proximos pro dicta summa reemendi; si vero ipsam reemere decreuerint, ipsam pecuniam, videlicet quadringentas et quinquaginta marcas

slauicalium denariorum, nullo tempore anni nisi in dominica, qua cantari solet officium Letare Jherusalem, in ciuitate Lubicensi, omni occasione cessante, integraliter erogabunt. Huius rei testes sunt: dilecti nostri Benedictus de Rodenbeke senior, Heyno de Stralendorpe, Marquardus de Lo, Reymbernus de Barnekowe, Eggehardus de Quitsowe, Johannes Storm, milites, et alii quamplures clerici et layci fidedigni. In testimonium autem omnium premissorum et robur perpetue firmitatis presens scriptum super hiis confectum sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum Wismarie anno domini M°CC°LXXXX° quinto, feria sexta ante dominicam Quadragesime Judica.

Auf Pergament in einer kleinen, sehr cursiven Minuskel, welche fast einer reinen Cursive gleicht. An einer dicken Schnur von schlecht gefärbten, rothen, seidenen Fäden hängt das Siegel, welches an den Urkunden Nr. XXIII und Nr. XL hängt; es ist also das Siegel Heinrichs des Pilgers, das aber auch noch nach seinem Tode, z. B. 1306, sein Sohn, Heinrich der Löwe, führt, wie er es während der Pilgerfahrt seines Vaters gebrauchte.

Nr. XXXVIII.

Der Erzbischof Basilius von Jerusalem, der Bischof Adam von Marturanum und der Bischof Maurus von Amelia verkündigen für eine Wallfahrt zum Gottesdienst in der Kirche zu Neukloster einen vierzigtägigen Ablass, unter vorausgesetzter Genehmigung des competirenden Diocesans.

D. d. Jerusalem 1297.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos dei gracia frater Basilius Jerosolimita-

nus archiepiscopus, Adam Marturanensis et Maurus Ameliensis episcopus salutem in domino sempiternam. Quoniam quidem de salute Christi fidelium solliciti deuotionem ipsorum quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentiis uidelicet et peccatorum suorum remissionibus, inuitare debemus ad exhibendum deo debitam reuerentiam et honorem, ut quanto crebrius et deuotius Christi fideles missarum sollempniis seu uerborum dei delectantur prolationibus interesse, tanto amplioribus in celestibus ditari gaudiis mereantur: nos igitur ad prosequenda huiusmodi uiam dare Christi fidelibus cupientes, omnibus uere penitentibus et confessis, qui causa deuotionis et in spiritu humilitatis accesserint ad ecclesiam uel locum, ubi dilectus in Christo . . prepositus monasterii de Nouo Claustro, ordinis Cisterciensis, Zwerinensis diocesis, missam sollempnem celebrauerit aut predicauerit uerbum dei, aut qui secundum euangelice doctrine exhortationem: „qui sequitur me, non „ambulat in tenebris, set habebit lumen uite," presbyteros dicti monasterii cum sacra comunione uel unctione infirmos uisitantes cum reuerentia pia mente secuti fuerint, quilibet nostrum quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi penitentiis, dummodo loci diocesanus ad id suum prebeat consensum, in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum apud Vrbem Ueterem anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, pontificatus domini Bonifatii pape octaui anno tertio.

6*

fr. Basilius arep. epc. Jerosolimitan⁹.	Adam epc. Marturanen.	fr. Maur⁹ epc. amelien.

Auf einem kalkweissen Pergament, ganz wie eine päpstliche Bulle in Form und Schrift ausgefertigt. Die eigenhändigen Unterschriften der ausstellenden Bischöfe stehen auf dem umgelegten Rande über den eingehängten Siegelschnüren. An Schnüren von grün und roth seidenen Fäden hangen zwei elliptische Siegel aus festem, rothem Wachs. Auf dem ersten, unter dem Namen des Erzbischofs Basilius, steht eine ganze, bärtige Bischofsfigur (eines Heiligen?) in altem Styl und über demselben liegt quer ein (Johannis?)-Kopf; eine Inschrift im Siegelfelde, in alten, römischen Schriftzeichen, vielleicht mit dem Namen des Heiligen, ist mir unverständlich; die Umschrift des Siegels lautet:

S: F'RIS . BASILII. ARChIEPI. IE .... AN. ARMENOR.

Das zweite Siegel fehlt. Das dritte Siegel zeigt unter einem Bogen das modernere Bild eines stehenden Bischofs und über demselben in einer gothischen Nische eine Maria mit dem Christkinde, im Brustbilde; Umschrift:

S: FRIS. MAVRI. DEI. GRA. EPI. AMELIEN.

Wahrscheinlich kam diese Urkunde bei Gelegenheit der Rückkehr des Fürsten Heinrich des Pilgers aus seiner Gefangenschaft nach Meckleuburg.

Nr. XXXIX.

Die von Below versichern, bei der Bewidmung der Kapelle zu Below zum Besten der Pfarre zu Techentin, dem Kloster Sonnenkamp das Patronatrecht über diese Kapelle.

D. d. 1299. April 8.

Uniuersis presentia visuris Ywanus miles et ThidericusMan, fratres dicti deBelowe, Nicolaus miles et Wedekinus, fratres similiter de

Belowe dicti, feliciter in domino gloriari. Ut obliuio lites non ingerat gestis, hominum succurrendum est memoriis suffragio scripturarum. Pateat igitur heec visuris, quod cum impetrauimus consensum honestarum personarum prepositi, priorisse et conuentus sanctimonialium monasterii Campisolis, Zwerinensis dyocesis, ad hoc, ut in villa Belowe cymiterium pro sepultura, baptismum paruulorum et capellam ad usus diuini officii habere possemus, ipsis promisimus, quod ius patronatus eiusdem capelle siue bannum super ea nunquam nobis, successoribus nostris uel heredibus vendicemus, sed siue hec capella maneat filia parrochialis ecclesie in Techentin, siue specialis fiat parrochia, iura predicta apud memoratum monasterium in perpetuum remanebunt, sic ut nunc in ipsa ecclesia Techentin predictis iuribus perfruuntur. Insuper promisimus, quod ante instans proximo festum ascensionis domini procurabimus litteras domini abbatis de Nouo Campo, quibus caueatur, quod hec iura suum monasterium in perpetuum non usurpet. Preterea ordinauimus, quod plebanus in Techentin, in cuius parrochia sita est sepedicta capella, habebit singulis annis in eadem villa Belowe redditus septem marcarum et triginta modios siliginis mensure et nummismatis usualis, qui procurabit ibidem missam celebrari singulis quartis et sextis feriis et singulis diebus dominicis et festiuis. In quorum omnium et singulorum testimonium nos Ywanus et Nicolaus milites predicti sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum anno domini M°CC°XC°IX°, quarta feria ante festum palmarum.

Auf Pergament in einer kleinen, festen Minuskel. An zwei Pergamentstreifen hangen zwei wohl erhaltene Siegel aus ungeläutertem Wachs. Die Siegel sind dreieckig und gross, wie gewöhnlich die Rittersiegel aus dem 13. Jahrh. Der Raum des dreiseitigen Siegelfeldes wird durch das Wappen der von Below gefüllt, welches aus drei zweiköpfigen Adlern mit ausgebreiteten Flügeln besteht; die Umschriften lauten:

1) in der obern Ecke (heraldisch) rechts beginnend:

✠ SIGILLVM. NIGOLAI. DG. BGLVA.

oder vielmehr dem Anscheine nach statt der beiden letzten Worte: DG. DGLVA.

2) in der Mitte oben beginnend:

✠ SIGILLVM. DOMINI. hYWGN. D. BGLOWG.

Im Eingange der Urkunde ist der erste Buchstabe des Wortes Man in dem Namen Thidericus Man in unzialen Zügen geschrieben.

Die in dieser Urkunde erwähnte, vom Kloster Neuenkamp zu erwirkende Entsagung des Patronatrechts über die Kapelle zu Below (vgl. Urk. Nr. XLII) hat darin ihre Veranlassung, dass Iwan von Below im J. 1297 dem Kloster Neuenkamp 10 Hufen und 9 Hofstellen zu Cedarge (Zidderich) im Kirchspiel Techentin verkaufte, nach Oelrichs Verzeichniss pommerscher Urkunden, S. 28.

Nr. XL.

Die Fürsten Heinrich I. und Heinrich II. von Meklenburg vertauschen an das Kloster Neukloster 8 Scheffel Roggen jährlicher Hebung aus der Mühle Malbodendorp gegen eine eben so grosse Hebung aus der Mühle Dammenhusen.

D. d. 1299. April 12.

Nos Hinricus et Hinricus dei gracia domini Magnopolenses tenore presencium recognoscimus

vniuersis, quod, de maturo consilio nostrorum fidelium, — — preposito, — — priorisse totique conuentui Noui Claustri pro octo modiis siliginis, quos habebant in molendino nostro Dammenhusen anno quolibet et quos ad nostros vsus vendidimus, debitorum oneribus pregrauati, damus et assignamus in concambium in molendino dicto Malbodendorpe octo modios siliginis annis singulis cum proprietate et omni libertate, sicut memoratos redditus in Dammenhusen colligere consueuerunt. Preterea concedimus eis facultatem liberam, si forte molendinarium eiusdem molendini depauperari contingit siue quocunque casu necessarium ipsis fuerit, quod prelibatos redditus per pignus poterint liberaliter extorquere. Vt autem hoc rationabile factum nulla poterit maliciosa calumpnia deprauare, presens scriptum scribi fecimus et appensione sigilli nostri, quo ambo vtimur, iussimus roborari. Testes huius rei sunt: Johannes de Cernin, Heyno de Stralendorpe, Reymarus de Barnecowe, Marquardus de Lo, Eggehardus de Quitsowe, Bernardus de Plesse, Rosendal, Jo. Storm, Hin. Stenhus, Nicolaus de Chutowe, Hermannus de Modentin et Otto de Lu, milites et consiliarii nostri fideles, et quam plures homines alii fide digni. Datum anno domini M°CC°XC° nono, die palmarum.

Auf Pergament in cursivischer Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt des Fürsten Heinrich I. Siegel aus ungeläutertem Wachs, wie es zu der Urkunde Nr. XXIII vom 12. Junii 1271 beschrieben ist. An der Stelle der Namen des Propstes und der Priorin stehen im Originale zwei Striche.

Nr. XLI.

Alexander von Duzsin verkauft dem Kloster Neukloster wiederkäuflich auf sechs Jahre 25 Mark Hebungen aus dem Dorfe Minneze und überträgt die bischöflichen Hebungen aus diesem Dorfe für diese Zeit auf seinen Hof zu Duzsin.

D. d. 1299. Junii 24.

Ego Alexander de Duzsin recognosco per presentes, de bona mea voluntate, cum consensu heredum meorum ac consilio amicorum, preposito et conuentui sanctimonialium in Nouo Claustro me vendidisse in villa Minneze viginti quinque marcarum redditus cum iudicio usque ad sexaginta solidos et infra, cum omnibus prouentibus ac vtilitatibus, que hactenus habui in dicta villa, pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum vsualium, ita tamen quod pro eadem pecunie summa infra sex annos proxime venturos reemere potero ipsa bona; in quocumque autem anno reemere michi placuerit ipsa bona, dies solucionis erit in die natiuitatis beati Johannis baptiste; reuolutis autem sex annis si non reemerem eadem bona, extunc manebunt iugiter apud claustrum, ita quod nec ego, nec meorum quisquam successorum quicquam iuris amodo habebimus in eisdem. Redditus vero, quos dominus meus venerabilis episcopus Zwerinensis habet in dicta villa, scilicet tres modios siliginis, vndecim modios ordei, viginti duos modios auene, soluere debeo de curia mea, quam habeo in villa Duszin, per sex annos, quibus peractis

hec annona dabitur domino episcopo de villa Minneze suprascripta. Vt autem hec omnia obseruentur firmiter, nec a quoquam inposterum aliqualiter infringantur, super hiis vna mecum compromiserunt fide data milites: Gotfridus de Plote, Johannes Babbe, Lodolfus de Swinga, Henricus de Leuetsowe, famuli: Johannes et Heinricus de Zwerin, ita ut, si, quod absit, inpedimentum aliquid interuenerit seu que scripta sunt a quoquam infringerentur, postquam moniti fuerimus, omnes intrabimus Wismariam, preter dominum Johannem Babben, qui iacebit Butsowe, non exituri, coad compleantur, que in presenti littera sunt expressa. Et ad euidenciam pleniorem ipsorum sigilla huic littere sunt appensa. Datum anno domini M°CC°XC°IX°, in die beati Johannis baptiste.

Auf Pergament in einer kleinen gedrängten Minuskel. Die Siegel, welche in vier Einschnitten an Pergamentstreifen hingen, fehlen alle.

Nr. XLII.

Das Kloster Neuenkamp versichert dem Kloster Sonnenkamp den ungestörten Besitz des Patronatrechts über die neu erbauete Kapelle zu Below.

D. d. Neuenkamp 1300. Jan. 6.

Uniuersis presentia visuris frater Arnoldus dictus abbas in Nouo Campo inperpetuum. Quum cymiterium de nouo consecratum est et capella constructa in villa Belowe, que spectat ad parrochiam Techentin, iure parrochiano, cuius

parrochie ius spectat ad prepositum et conuentum sanctimonialium monasterii Campisolis, Al. prepositus monasterii prefati non inprouide formidauit, quod, quia villa ipsa Belowe a nobis tenetur in pheudo, nos aut monasterium nostrum, si forte ex prefata capella specialem constitui contingeret parrochiam, sibi et monasterio suo moturi essemus super iure patronatus futuris temporibus questionem. Vnde nobis supplicauit humiliter, quatenus, cum labilis sit memoria hominum, ipsum et monasterium suum contra heec munire scripture nostre testimonio dignaremur. Nos igitur iustis desideriis annuentes, recognoscimus serie presentium litterarum, quod sicut nunc ius patronatus parrochie in Thechentin vna cum capella in Belowe spectat ad prepositum qui pro tempore fuerit et ad monasterium Campisolis, sic absque omni inpeticione nostra et monasterii nostri ius patronatus capelle Belowe remanebit ipsorum, eciam si capella in parrochiam fuerit sublimata. Testes huius sunt: Reynerus plebanus in Techentin, Ywanus miles et Thidericus Man fratres dicti de Belowe, Nicolaus miles et Wedekinus fratres similiter de Belowe dicti et plures alii fide digni. Datum in Novo Campo anno domini M°CCC°, infra octavam epiphanie domini.

Auf einem breiten und kurzen Pergament in kleiner, gedrängter Minuskel. Das Siegel ist von der Schnur aus grüner und rother Seide gänzlich abgefallen. — Auch in dieser Urkunde beginnt der Name ᗰan unter den Zeugen mit einem unzialen ᗰ.

Nr. XLIII.

Die Brüder Alexander, Johann und Heinrich von Zuerin lassen dem Kloster Sonnenkamp die Güter Duscin, Minnizce und Niendorp auf, welche ihr Bruder Alexander dem Kloster verkauft hat und sie von diesem bis dahin zu Lehn getragen haben.

D. d. 1302. Januar 25.

Nos Alexander, Johannes et Hinricus fratres dicti de Zverin recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod sub anno domini M°CCC° secundo, feria secunda post Epyphaniam domini, vnanimi consensu resignauimus domino nostro preposito Alberto, Jutte priorisse totique conuentui monasterii Campi Solis omnia bona integraliter, que ab ipso monasterio tenuimus in pheudum, videlicet Duscin, Minnizce et Niendorpe, cum omnibus attinenciis in suis terminis, que frater noster Alexander memorato monasterio proprio motu vendidit pro mille marcis et sexcentis vsualis monete, sub tali conditione, quod septuaginta marcarum certos redditus domino nostro preposito supradicto in primo anno in eisdem bonis tenebitur demonstrare, exceptis curia sua et omnibus hiis, que ad eam pertinent, et duobus molendinis et vno speciali tractu cum sagena, quem specialiter habuit in stagno Duscin. De predicta uero summa pecunie persoluit michi Alexandro dominus Albertus prepositus sepedictus coram communibus consulibus in Wismaria mille

marcas centum et quinquaginta. Vt autem hec conditio firmiter obseruetur, statuimus pro nobis fideiussores: Tydericus Ketelhot et Heynonem de Lewetzowe, milites, Willekinum Hanenstert, Adam de Lewitzowe, Hinricum de Ricquardestorpe, Johannem Wernekenhaghen et Willekinum filium suum, qui vna nobiscum promiserunt fide data in manus domini prepositi et suorum amicorum videlicet: domini Heynonis de Stralendorpe, Ecghehardi de Quitzowe, militum, Johannis de Crucowe, Bertoldi Voghel, consulum Wismariensium, Gherardi de Tribuses, ciuis Lubicensis. Hii omnes, si, quod absit, prefatum monasterium in conditione premissa defectum aliquem pateretur, Wismariam intrabunt, non exituri, nisi satisfecerint de obmissis. Si eciam aliquem interea ex hiis compromissoribus mori contigerit, alii omnes Wismariam, postquam requisiti fuerunt, intrabunt, non exituri, nisi loco sui statuerint equedignum. Ne autem aliquis scrupulus dubietatis de hiis rationabilibus factis in posterum oriri poterit, presens scriptum sigillorum nostrorum et amicorum nostrorum videlicet: Thiderici Ketelhot, Heynonis de Lewitzowe, militum, Willekini Hanenstert, munimine roboramus, presentibus secundum ius et communem consuetudinem terre pro warandia post annum et diem minime valituris.

Auf Pergament in einer engen cursivischen Minuskel. An der Urkunde sind sechs Pergamentstreifen befestigt, an welchen noch 3 dreieckige Siegel aus ungeläutertem Wachs hangen: an der ersten Stelle ein Siegel mit drei glockenförmigen Hüten und der Umschrift:

✠ TIDERICI........T. MILITIS;

an der zweiten Stelle ein Siegel mit drei Hintertheilen eines Hahns (mit aufgerichteten Schwanzfedern und Füssen) und der Umschrift:

✠ WILhЄLMI. DI . . . · . . NЄST . . .

an der vierten Stelle ein Siegel mit einem vorwärts gerichteten Helme vor einer vierseitigen Decke, an welcher fünf Federbüsche umherstehen, und der Umschrift:

✠ SIGILLVM. Ƙ . . . . . · . . Є . S . . R . .

Nr. XLIV.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg verleiht dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Tzarnekow.

D. d. 1303. Mai 2.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus presens scriptum uisuris salutem inperpetuum. Justorum uirorum ac proborum discretio expostulat et requirit, ut pia facta hominum propter memorie labilitatem litteris conscribantur, vnde, cum ante tribunal Christi omnes astare debeamus, sicut dicit apostolus, rationem, prout bonum, siue malum in corpore gessimus, reddituri, notum esse uolumus uniuersis tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos, ob reuerenciam dei omnipotentis et honorem beate Marie semper uirginis ac in remissionem nostrorum peccaminum atque ad indulgenciam progenitorum nostrorum, sanctimonialibus in Campo Solis degentibus et ibidem die ac nocte domino seruientibus toto posse, de bona nostra ac libera uoluntate, contulimus villam Tzarnecowe iuxta Ylowe sitam cum pratis, pascuis, aquarum decursibus, siluis, agris cultis et incultis et omnibus vsuagiis in terminis suis, prout ecclesie earum utilitati competit libere ac perpetuo possidenda,

taliter ut claustrum predictum in bonis prefatis a nobis et a nostris successoribus dimensionem funiculi de cetero nullatenus paciatur. Nolumus preterea, ut claustrum predictum in suis hominibus aduocatorum nostrorum insultus aliquos senciat aut pressuras. Dimittimus eciam eidem iudicium ad sexaginta solidos et infra; in maiori uero iudicio, sicuti est de capitali sentencia et de aliis, aduocatus noster in bonis claustri, et non alibi, iuste et secundum terre consuetudinem iudicabit; tercia pars, que ex eo prouenerit, claustro cedet, relique due nobis. Homines claustri ac loci supradicti a communi terre iudicio, quod *lantdhinc* vulgariter nuncupatur, uolumus esse liberos inperpetuum et exemptos, neque ad illud frequentandum a nobis aut ab aduocato nostro poterunt ratione aliqua coartari. Insuper homines sepedicti loci a structuris urbium et pontium esse uolumus penitus absolutos. Ne igitur huiusmodi factum a nobis et a nostris successoribus dubitetur et ut stabile inperpetuum permaneat atque firmum, sigilli nostri appensione duximus roborandum. Testes huius rei sunt: Johanes de Cernin, Heyno de Stralendorpe, Marquardus de Lo, Egghehardus de Quitsowe, Hinricus Pren dictus Stenhus, Bernardus, Helmodus Rosendal, Helmoldus et Reynbernus fratres dicti de Plesse, Hermannus de Modentyn, Johannes Storm, Otto et Heydenricus fratres dicti de Lu, milites, Gherardus ciuis Lubicensis, creditor noster, dictus de Tribuzes, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°C°C°C° tercio, in crastino apostolorum Philippi et Jacobi beatorum.

Auf Pergament in einer schönen, festen gothischen Minuskel, wie sie im Anfange des 14. Jahrh. in der Canzlei des Fürsten Heinrich häufig vorkommt. An einer Schnur von grüner Seide hängt des Fürsten Siegel, wie an Nr. XXXVII aus ungeläutertem Wachs. — Bei den Zeugennamen steht vor und hinter dem Namen Rosendal ein Punct, nämlich:
.Bernardus. Helmoldus. Rosendal. fratres dicti de Plesse.
Vgl. übrigens Urkunde Nr. XXXVII.

Nr. XLV.

D. d. Meklenburg 1304. Julii 15.

Heinrich Herr von Meklenburg verleiht den Nonnen zu Sonnenkamp das Dorf Toldas *(uillam* Toldas iuxta Neuer *sitam) mit allen Zubehörungen und Aufkünften, mit dem Eigenthum und der Befreiung von der Nachmessung (dimensione funiculi); ausserdem befreiet der Fürst das Kloster für dieses Gut von der fürstlichen Vogtei, schenkt demselben das Gericht bis zu 60 Schillingen, und den dritten Theil der Bussen aus dem höhern Gerichte, welches der fürstliche Vogt nur auf den Klostergütern halten soll, befreiet die Bewohner des Dorfes vom Landding und vom Burgen- und Brückenbau.* „Testes huius rei sunt: Heyno de „Stralendorpe, Marquardus de Lo, Hinricus „Pren dictus Stenhus, Rosendal, Helmoldus „et Reynbernus fratres dicti de Plesse, Fre-„dericus Molzan, Vlricus et Hermannus fratres „dicti de Modentyn, Johannes Storm, Otto de „Lu, Ludolfus Neghendanke, Benedictus de „Rodenbeke et Marquardus de Indagine, milites „nostri dilecti, et quamplures alii fidedigni. Datum et „actum in Magnopoli anno domini M°CCC° quarto, „in die diuisionis apostolorum.“

Diese Verleihungsurkunde, welche fast wörtlich wie die zahlreichen Verleihungsurkunden aus dieser Zeit und wie Nr. XLIV abgefasst ist, ist auf Pergament in einer festen Minuskel geschrieben. An einer Schnur von rother Seide hängt des Fürsten bekanntes Siegel aus ungeläutertem Wachs.

Nr. XLVI.

Propst, Priorin und Convent des Klosters Sonnenkamp bezeugen, dass der Bürger Hinrich von Weser zu Rostock und seine Frau Ida zum Besten des Klosters 20 Mark jährlicher Hebungen aus dem Dorfe Toldas angekauft und sich nur den Geniessbrauch derselben für ihre Lebenszeit ausbedungen haben.

D. d. Sonnenkamp. 1304. Julii 21.

Uniuersis presentia visuris. Albertus prepositus, Jutta priorissa totusque conuentns ancillarum Christi in Camposolis orationes in domino salutares. Notum esse cupimus tam presentibus, quam futuris, quod discretus et honestus uir Hinricus et deuota vxor eius domina Ida, dicti de Wesera, burgenses ciuitatis Rozstoc, pietate moti, comparauerunt de nouo ecclesie nostre pro remedio animarum suarum viginti marcarum redditus perpetuo possidendos, quos emerunt in villa Toldas pro ducentis marcis paratorum slauicalium denariorum, sub tali conditione, quod nos pretactam viginti marcarum summam ipsis, temporibus vite eorum, intra ciuitatem dictam Rozstoc sub nostro periculo annuatim infra festum Martini et natiuitatem domini sine dilatione

aliqua exsoluere teneamur, ad quod nos presentibus obligamus; vno autem ipsorum viam vniuerse carnis ingrediente decem marcarum redditus ecclesie nostre vacabunt, ita tamen, quod prepositus quolibet anno infra predictum terminum priorisse in manus suas ad distribuendum inter dominas nostras quinque marcas presentando sine contradictione aliqua in perpetuum ministrabit, vt proinde memoria siue anniuersarius eorundem apud nos iugiter deuotius peragatur; altero uero decedente residui decem marcarum redditus ad communes nostros vsus de cetero perpetuis temporibus reuertentur. Ne autem tam pium et tam rationabile factum aliquis successorum nostrorum negligere seu infringere valeat, reuerendus pater ac dominus noster, dominus Godefridus, Zwerinensis ecclesie episcopus, ad nostram instantiam presens scriptum sigilli sui et nostrorum sigillorum munimine roborauit. Testes huius sunt: Otbertus de Selowe, Hinricus Albus, Heyno de Cropelin et Johannes filius Lutberti de platea, que dicitur Langhestrate, consules in Rozstoc, et plures alii fide digni. Datum in Camposolis anno domini M°CCC° quarto, in vigilia beate Marie Magdalene.

Diese Urkunde ist auf gleichmässige Weise doppelt ausgefertigt: auf Pergament in einer regelmässigen, festen Minuskel; an Pergamentstreifen hangen drei Siegel aus geläutertem Wachs:

1) das runde Siegel des Bischofs Gottfried von Schwerin, rechts zerbrochen: auf einem mit Thierköpfen verzierten Sessel sitzt der Bischof mit der Mitra auf dem Haupte, mit dem Stabe in der rechten und ein Buch in der linken Hand vor der Brust haltend; links im Siegelfelde steht der Mond, (rechts die Sonne, hier ausgebrochen); Umschrift:

✠ GODEFRIDVS . DEI GRA . EPC . ECCLESIE . . . . IS.

2) Das Siegel des Propstes Albert, wie es zur Urkunde vom 29. Sept. 1315 beschrieben ist.

3) Das zweite Conventssiegel, wie Nr. XXVIII.

Nr. XLVII.

D. d. Wismar 1305. April 25.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg verleiht dem Kloster Sonnenkamp das Dorf Tzusowe mit allen denselben Freiheiten und Gerechtigkeiten, mit denen er dem Kloster am 2. Mai 1303 das Dorf Tzarnekow (vgl. Urk. Nr. XLIV.) und am 15. Julii 1304 das Dorf Toldas (vgl. Urk. Nr. XLV.) verleiht. Die gegenwärtige Urkunde ist an Inhalt und Form den eben erwähnten Verleihungsurkunden gleich ausgefertigt. „Testes huius rei sunt: Johannes de Cernin, „Heyno de Stralendorpe, Hinricus Pren dictus „Stenhus, Egghehardus de Quitsowe, Johan-„nes Rosendal, Hermannus de Modentyn, Jo-„hannes Storm, Helmoldus de Plesse, Gherar-„dus Růzce et Raven de Wozsten, milites, Ber-„toldus Pren de Goretze, Gherardus Pren, „filius Stenhus, famuli. Datum in Wismaria „anno domini M°CCC° quinto, in die beati Marci „ewangeliste.“

Nr. XLVIII.

Das Kloster Sonnenkamp nimmt den Grafen Johann von Holstein in seine Fraternität auf.

D. d. 1305. Nov. 8.

Aus den Urkunden des Klosters Prez, gedruckt in der Urkunden-Sammlung der schlesw.-holst.-lauenb. Gesellsch. I, S. 224.

Nobili viro, domino Johanni, comiti Holsatiae, Al. praepositus, priorissa totusque conventus ancillarum Christi in Campo Solis cum obsequii promptitudine orationes in domino salutares. Ex quo vestra, sicut intelleximus, nobilitas pia devotione a nobis fraternitatem in domino affectauit, vestro pio et deuoto desiderio annuimus in hac parte, concedentes vobis plenam participationem orationum, missarum, vigiliarum, castigationum, ieiuniorum ceterorumque bonorum operum, quae per nos in ecclesia nostra omnipotens dominus perpetuo dignabitur misericorditer operari. Et hoc sub sigillorum nostrorum munimine presentibus protestamur. Datum anno domini MCCC quinto, in die beatae Caeciliae virginis.

Nr. XLIX.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg bestätigt dem Kloster Sonnenkamp den Besitz aller Güter und Rechte desselben, befreiet das Kloster von der Nachmessung der Güter, von der fürstlichen Vogtei, vom Landding und vom Burg- und Brückenbau und verleihet demselben

das niedere Gericht und ein Drittheil des höchsten Gerichts.

D. d. Wismar 1306. April 10.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. Jvstorum virorum ac proborum discretio expostulat et requirit, vt pia facta hominum propter memorie labilitatem litteris conscribantur. Vnde cum omnes ante tribunal Christi stare debeamus, sicut dicit apostolus, rationem, prout bonum, siue malum in corpore gessimus, reddituri, notum esse volumus vniuersis tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos, ob reuerenciam Dei omnipotentis et honorem beate Marie semper virginis ac in remissionem nostrorum peccatorum et ad nostrorum indulgenciam progenitorum, sanctimonialibus in Camposolis degentibus et ibidem die ac nocte domino seruientibus toto posse de bona nostra ac libera voluntate bona sua cum villis subscriptis in terra nostra sita sub terminis eisdem, quibus habent et hactenus habuerunt, contulimus libere et perpetuo possidenda in pratis, pascuis [1]), stagnis, aquis, aquarum decursibus, siluis [2]), agris cultis et incultis et omnibus vsuagiis, prout vtilitati ecclesie earum competit [3]), fideliter disponendo. Hec sunt bona cum villis predicte ecclesie, que sequuntur: villa Deghetowe cum molendino, Prouesteshaghen, Minnowe cum pi-

1) an wiſſchen, brinken, dreeſchen.
2) an holten, wolden.
3) euene kumpt.

scina et molendino, Woldenhaghen, Tarneuizce bona illa in quibus claustrum proprietatem habet, in Jasteruizce duo mansi, in Mazlowe duo mansi, Bruneshouet cum duobus molendinis adiacentibus et ius patronatus in ea scilicet donatio ecclesie [4]), Arnesse cum campo Wentuelt dicto, Sigerdemolen cum molendino iuxta Garzt sito, in molendino Malbodendorpe octo modii siliginis [5]), Bobelin et stagnum adiacens cum iudicio maiori et minori et ius patronatus in ea scilicet donatio ecclesie, curia Pinnowe cum molendino et campo suo, Tzarnecowe, Tzusowe, Toldas, Noua Curia cum campo Gardist et silua contigua [6]), campi Borierstorpe [7]) cum molendino, curia Coldehof cum campo suo, villa Neuer, Celin cum stagno, Reynerstorpe cum molendino et duobis stagnis, Luttickenwarin cum molendino et magno stagno, in quantum ab utroque litore inter terminos nostros comprehenditur, Naquinstorpe cum molendino et stagno et cum iure patronatus scilicet donatione ecclesie, Neupersmolen cum molendino et in stagno adiacenti quartum dimidium tractum cum sagena et piscina Borcowe secundum quod distenditur in terminis dominii nostri [8]) ad medium aque, que uocatur Mildenizce, in Niendorpe duo mansi, in magno Radem duo mansi; in terra Sywan: villa Camin, in magno Chorin [9])

4) myt deme rechte, de kerke to uorlenende.
5) VIII fchepel roggen.
6) myt deme wolde bi beleghen.
7) myt dem campe Boygerstorpe, fo de in den enden vnfes landes entholden werden.
8) bet an dat ende vnfes herfcoplichen eghendomes.
9) in groten Charin.

quatuor mansi, Glasin cum stagnis et terminis suis, Duscin cum molendino et stagno et ius patronatus [10]) in ea scilicet donatio ecclesie, Minnizce, Stromoyse, Babece, Luderstorpe cum molendino, villa Punic, curia Kniphaf cum campo suo, Lutbertestorpe cum stagno, Niemole cum campo suo, Prouesteshaghen iuxta Lutbertestorpe. Claustrum predictum in bonis prefatis a nobis et a nostris successoribus dimensionem funiculi [11]) nullatenus de cetero patietur. Nolumus preterea, ut claustrum sepedictum in suis hominibus aduocatorum nostrorum insultus aliquos senciat aut pressuras. Dimittimus eciam ad sexaginta solidos et infra iudicium in bonis, que nunc habent ecclesie superius nominate. In maiori uero iudicio, sicut est de capitali sentencia et aliis, aduocatus noster in bonis claustri et non alibi iuste et secundum terre consuetudinem iudicabit; tercia pars, que ex eo prouenerit, claustro cedet, relique due nobis. Homines claustri, vbicumque in terra nostra commorantur, a communi terre iudicio, quod *lantdhinc* vulgariter nuncupatur, volumus esse liberos in perpetuum et exemptos, neque ad illud frequentandum a nobis aut ab aduocato nostro potererunt ratione aliqua coartari. Insuper homines sepedicti claustri a structuris urbium et pontium [12]) esse volumus penitus absolutos. Ne igitur huiusmodi factum [13]) a nostris successoribus dubitetur et ut stabile permaneat

---

10) kerklene.
11) repmate efte fchedemate.
12) buwinghe vnfer borghe vnde brugghen
13) deffe fchicht, dact vnde ghift.

atque firmum, sigilli nostri appensione duximus roborandum. Testes huius rei sunt: **Johannes de Cernin**, **Conradus de Cremun**, **Rauen de Wozsten**, **Heyno de Stralendorpe**, **Marquardus de Lo**, **Ecghehardus de Quitsowe**, **Rosendal**, **Helmoldus**, **fratres dicti de Plesse**, **Hermannus de Modentyn**, **Johannes Storm**, **Otto de Lu**, **Conradus de Lu**, **Heydhenricus de Lu**, **Johannes Berchane** et alii quam plures prouidi et honesti [14]). Datum et actum **Wismarie** infra octauam pasche, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo sexto.

Auf einem grossen Pergament in einer schönen, grossen, neugothischen Minuskel auf weit auseinander stehenden Zeilen. An einer Schnur von rother und gelber Seite hängt des Fürsten Heinrich Siegel aus ungeläutertem Wachs.

Eine zweite Ausfertigung dieser Urkunde ist der hier zum Grunde gelegten völlig gleich.

In dem Copial-Buche der Kloster-Privilegien findet sich eine Uebersetzung dieser Urkunde aus dem 15. Jahrhundert, aus welcher die bemerkenswerthesten Interpretationen in den Noten hinzugefügt sind.

Nr. L.

D. d. Bukow 1306. Julii 18.

*„Hinricus Her zu Mekelnburgk vnd Stargardt vorlehnt vnd vorkauft den Closterjungfrawen zu Sonnenkamp den **See zu Neuperssmolen** gantz vnd gar mit allem Rechte und **Fischerei**, imgleichen das **Werder** im See belegen mit Holtzung, Weide vnd aller nutzbarkeit. — Also giebt er ihnen auch das **jus patronatus** der **Kirchen im Dorfe** und dersel-*

---

14) vorſichtighe vnde houeſche lude.

ben filial zu Dabele. Datum et actum Anno 1306 in Bucowe 15 Calend. Augusti."

Nach einer Urkunden-Registratur, da die Urkunde selbst nach der Säcularisirung des Klosters Neukloster beim Verkaufe dieser Güter an das Kloster Dobbertin ausgeliefert ist.

Nr. LI.

D. d. 1307. Junii 24.

„*Ein Vertrag von Hinrico zu Mekelnburgk vnd Stargardt hern auffgerichtet zwischen Gherardo von Cremon vnd dem Probste zum Newenkloster wegen der Fischerey auf dem See zu Newoperssmolen, disergestalt das Gherardus von Cremon vnd seine erben von dem Probste zum Newencloster auss gonst vnd nicht von Rechtsswegen haben sollen, dass sie sie so lang, alss sie in dem Dorffe Lütken Prittitz wohnen, einen knecht halten mugen mit kleinen Netzen, alss Worpnetten vnd Stakenetten, die ihnen zu ihrer Notturfft vnd Tische auss dem dem See Newoperssmolen muge fische fangen, worfur er vnd seine erben oder Nachfolger dem Probste zu beforderung des Closters in billichen Sachen beistendig sein sollen, aber sollen sich keiner gerechtigkeit darin anmassen.* Datum Anno domini 1307 in die Sancti Johannis."

Nach einer Urkunden-Registratur, da die Urkunde selbst nach der Säcularisirung des Klosters Neukloster beim Verkaufe der Güter an das Kloster Dobbertin ausgeliefert ist.

Nr. LII.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg verkauft dem Kloster Sonnenkamp das höchste Gericht mit dem Eigenthum in dem Hofe des Klosters, in den Höfen Kaltenhof, Neuhof, Pinnow, Brunshoved, Duscin und Knipaf und in den eignen Mühlen des Klosters.

D. d. Sonnenkamp 1311. Dec. 14.

In nomine domini Amen. Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis et Stargardensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel auditurus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que a nobis racionabiliter fiunt vel aguntur, valeant per obliuionis vel calumpnie materiam in posterum infirmari, expedit ea scripturarum testimonio perhennari. Hinc est quod cupimus esse notum, quod, prouida et deliberacione diligenti vna cum consiliariis et vasallis nostris prehabita, libere et de nostra bona voluntate vendidimus . . preposito, . . priorisse et sanctimonialibus in Camposolis Christo perpetuo seruientibus pro ducentis marcis denariorum vsualis monete, quas in pecunia numerata recepimus, iudicium supremum, quod in truncatione capitis et menbrorum consistit et quod vulgariter colli et manus dicitur, cum omni proueatu et emolimento ac proprietate, que vulgo *eghendům* dicitur, et generaliter cum omnibus iuribus corporalibus et incorporalibus in curiis seu allodiis suis, primo videlicet in curia vbi claustrum situm est et infra septa eiusdem, et in Kolden-

hove, et in Nova Curia, et in Pynnowe, et in Brunshouede, et in Duscyn, et in Knipaf, et in molendinis propriis claustri et in omnibus terminis curiarum earundem, in agris cultis et incultis, siluis, pratis et pascuis, in busco et in plano, in aquis et stagnis, riuis et aquarum decursibus, adeo quod nec nos, nec omnes successores nostri quicquam iuris in predictis et predictorum quolibet poterimus deinceps, nec debeamus quomodolibet vendicare, hoc sane expresso, quod si aduocatus vel officialis prepositi et monasterii supradicti quempiam cuiuscumque status aut condicionis existentem pro homicidii vel mutilacionis crimine vel quocumque alio maleficio in predictis curiis et earum terminis et molendinis qualitercumque perpetrato proscripserit, qui forte huiusmodi proscriptionem contempnens et paruipendens per prepositum vel aduocatum suum debite nequeat coherceri, extunc ille malefactor pro delicto suo in tota terra nostra et eius finibus quibuslibet proscribi et proscriptus per nos et aduocatos nostros debet haberi, quousque satisfecerit preposito et monasterio ac leso seu lesis per modum iusticie vel fauoris. Optinuit eciam a nobis idem prepositus et suum monasterium sub hac eadem vendicione, quod si aliquando vel quocienscumque aliquam curiam ex hiis vendere aut villam ex ea facere sibi placeret, extunc agri illius curie et mansi cum terminis suis ab omni precaria et exactione esse debeant liberi et exempti, iudicio supradicto scilicet maiori et minori apud claustrum in eisdem bonis iugiter remanente. Ut autem hec omnia singula rata et inconvulsa perpetuo permaneant, pre-

sentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius sunt: cognatus noster dominus Johannes comes de Gutzekow et strennui milites et honesti: Marquardus de Lo, Hermannus de Ortze, Olricus et Hinricus fratres dicti Moltzan, Godfridus de Bulow, Heyno et filius suus Heyno dicti de Stralendorpe, Johannes dictus Rosendal et Helmoldus et Reymbernus fratres dicti de Plesse, Albertus de Dewitz, Wedekinus de Plote et alii quamplures fide digni. Datum anno domini millesimo trecentesimo vndecimo, in crastino beate Lucie virginis, in ipso monasterio Campisolis.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel. An einer Schnur von rother, grüner und gelber Seide hängt das bekannte Siegel des Fürsten Heinrich aus ungeläutertem Wachs.

Nr. LIII.

Der Stadt Wismar Schuldschein für das Kloster Sonnenkamp auf 347½ Mark.

D. d. 1312. Januar 29.

Omnibus, ad quos presencia peruenerint, consules et vniuersitas ciuitatis Wismarie salutem in domino. Notum facimus et tenore presencium protestamur, nos et ciuitatem nostram teneri iusto debito honorabili viro domino Alberto preposito Campi Solis et conuentui suo ibidem trecentas et quadraginta septem marcas cum dimidio denariorum vsualis monete, in festo sancti Martini proxime futuro expedite sine vlteriori dilacione persoluendos. In cuius

rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M°CCC°XII°, sabbato ante festum purificacionis.

Auf Pergament in kleiner cursivischer Minuskel. Das Siegel der Stadt Wismar, welches an einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hing, ist abgerissen, wird aber noch bei der Urkunde aufbewahrt: im runden Siegel ein links hin fahrendes, nicht bemanntes Schiff auf dem Wasser, in welchem zwei Fische schwimmen; am Maste hängt ein Schild mit dem gekrönten Stierkopfe ohne Halsfell; der Wimpel und ein Kreuz auf dem Maste stehen beide zu Anfange der Inschrift:

✠ SIGILLVM ‡ W.......... IUITATIS.

Nr. LIV.

Thethard, Visitator des Erzstifts Bremen, quittirt die zum Patronat des Klosters Neukloster gehörenden Pfarrkirchen über die Visitations-Procuration für das zweite Jahr des päpstlichen Ablass-Trienniums.

D. d. 1313. März 13.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris et audituris Thethardus visitator a reuerendo in Christo patre ac domino Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo per suam prouinciam deputatus sinceram in domino caritatem. Nouerint vniuersi, quod in Akenstorpe, Bobelyn, Bruneshoveth, Ketscin, Thechentin ecclesiarum plebani et rectores pro secundo anno triennii apostolici indulti nobis nomine domini nostri archiepiscopi Bremensis soluerunt procuracionem racione visitacionis debitam sex mar. quatuor. sol. minus

den. slauen. in presencia domini prepositi Noui Claustri, cui sunt subiecti, et eos quitos dicimus per presentes. Testes sunt: dominus Nycolaus Stralendorpe et magister Conradus et alii fide digni. Datum anno domini M°CCC°XIII°, tercia feria post Reminiscere.

Auf einem kleinen Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. Das Siegel ist von dem, aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen abgefallen.

Nr. LV.

Der Bischof Hermann von Schwerin erlaubt, dass der Convent von Sonnenkamp seinem Propste Albert die Einkünfte einer Salzpfanne zu Lüneburg, welche dieser Probst durch Ersparungen zum Besten des Convents gekauft hatte, zum eignen Genusse auf Lebenszeit aus Dankbarkeit überweiset.

D. d. 1315. Sept. 29.

Hermannus Dei gracia electus et confirmatus in episcopum Zwerinensem, Philippus decanus eiusdemque Zwerinensis ecclesie totum capitulum vniuersis audituris et inspecturis presencia recordari subscripta omni tempore postfuturo. Sacra beatissimi patris Benedicti regularis insinuat constitutio, quod in monastica vita degentibus omnia necessaria uite temporalis a patre monasterii sint speranda; hoc sane, sicut accepimus, cogitatu voluens et discutiens vir honorabilis Albertus, monasterii Campisolis, sacrarum virginum Cysterciensis or-

dinis prepositus, nostre dyocesis, ratus est, quod ex huiusmodi constitutionis prouisione monasticis precipue uirginibus non tam commoda temporalia, quam eciam libertas Christo famulandi secundum cetera regularia precepta salubritate plurima procurentur. Quanto enim minor ipsas corporalis cure sollicitudo perangit, tanto clare amplior augetur facultas spiritualia contemplandi: cessat quippe loquax proximorum adulatio, crescit taciturna de supernis supplex meditatio, cedit a mente de nutrimentis et indumentis anxia sollicitudo, redit spei glorie perhennis iocundissima certitudo, dum pro corpore nil foris exquiritur, sed intus incessanter ad solam beatitudinem spiritus anhelatur. Hanc ob rem prepositus idem vigilanter intendens, sic prectactum disponere monasterium, diuina sibi cooperante clemencia, vt inibi manentes virgines opus non habeant, vite necessaria mendice ab alio, quam a patre monasterii postulare, sic amputauit superfluarum expensarum dispendia et coartauit necessariarum inpendia, quod de collecta per ipsum pecunia comparauit et emit predicto monasterio in salina in Lůnenborch de redditibus salis sartaginem vnam, que vulgari nostro *panne* dicitur, cum omni iure, fructu et libertate et omni emolumento, quod quocumque modo ex ea prouenire poterit, ad ipsius monasterii iura, possessiones et redditus perpetuo retinendam, sic ordinans, quod iam dicti redditus et alii, quos in salina futuris temporibus comparari contingerit, singulis annis in perpetuum, quocienscumque colligentur, priorisse eiusdem monasterii Campisolis ex in tegro presententur, que eosdem pro necessitatibus virginum suarum intra claustrum distri

buat equaliter, acceptione personarum omnimode non inspecta, sciens se super hiis fructibus dominam non constitui, sed eius industriam ad hoc eligi, quod distributio fiat absque fraude et murmure, cum purissima caritate; ipsa namque cum frequenter conuersetur inter alias, conuenientius scire poterit, quam monasterii pater, prepositus, quociens et quando distributio fieri ualeat et debeat oportune, verum ne huiusmodi caritatiua subuentio, que pro consolatione introducta est, per cuiuspiam peruersa machinantis maliciam in lesionem conuertatur, sic ut huius intuitu subsidii aliquid de antiquo iure substrahatur eisdem aut debito diffiniuit expresse, quod super hec ministrandum sit eis omne ius, consuetudo, debitum, caritas et gracia, sicut seruatum est hactenus, et in nullo minuendum, sed pie cum fieri poterit augmentandum. Hiis itaque sic dispositis, priorissa et conuentus, ad memoriam resumentes, qualiter prememoratus Albertus earum prepositus a viginti quinque annis hactenus per inmensos labores et diras curas, sepius eciam non absque uite sue periculo, totus deditus fuerit earum obsequiis, possessionesque ipsarum latius augmentauerit, edificia plura construxerit, disciplinam claustralem fouerit, verbo doctrine, alimentis et operimentis ipsas benigne pauerit atque in aduersitatibus acribus sua forti custodierit armatura: decreuerunt, sibi tribulationes et labores suos et inpensa eis ab ipso tot grata beneficia mercede rependere graciosa, vnde redditus et fructus, iura et emolumenta sartaginis vnius, eiusdem scilicet, de qua supra scriptum est, sibi donauerunt totis

uite sue temporibus possidendos et in usus suos proprios pro beneplacito suo conuertendos, prouiso quod ipsi redditus ad usus prescriptos virginum Campisolis absque qualibet immutatione post obitum prefati Alberti prepositi secundum omnem modum notatum superius reuertantur. Quam donationem ordinationem et dispositionem, quia prouide, deliberate et prehabitis diligentibus tractatibus de nostro consensu facte sunt, gratum et ratum habemus et presentibus approbamus, addentes eis robur nostre confirmationis et perpetue firmitatis. In quorum omnium et singulorum testimonium perpetuum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Nos eciam Albertus prepositus, Ludgardis priorissa totusque conuentus monasterii Campisolis, recognoscentes quod omnia et singula suprascripta libere, spontane et deliberate per nos facta sunt, sicut per reuerendum patrem dominum nostrum, dominum Hermanum, electum et confirmatum in Zwerinensem epyscopum, et per honorabiles uiros dominum decanum et capitulum Zwerinense sunt superius recitata, sigillorum nostrorum appensione communiri fecimus presens scriptum. Hec igitur infringentes reprimantur Dei fortitudine et obseruantes Christi benedictionibus repleantur. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo, in die sancti Michaelis.

Auf einem sehr grossen, etwas über 2 Fuss langen und gegen 1½ Fuss breiten, sehr weissen und gleichmässigen Pergament in einer grossen, zierlichen, kräftigen und sehr schönen neugothischen Minuskel mit sehr wenig Abbreviaturen in weit auseinanderstehenden Zeilen. Diese glänzende Ausstattung von Urkunden findet sich, auch in schwächern Nachahmungen, im Anfange des vierzehnten Jahrhunderts, neben leichtfertigern, mehr cursiven Ausfertigungen, in

Meklenburg häufig, nachdem mit dem Ende des 13. Jahrhunderts die kleine, scharfe Minuskel dieses Jahrhunderts aufgehört hatte und noch vor der Mitte des 14. Jahrhunderts die geläufige, feste Geschäftshand aus der Zeit des Fürsten und Herzogs Albrecht (1329—1379), als Uebergang von der Minuskel zur Cursive, fast allgemein herrschend wird.

An Schnüren von Seide, die sehr unregelmässig doublirt ist, hangen vier Siegel:

1) an einer rothen Schnur hängt das kleine und runde Siegel des Electus Hermann (Moltzan) aus rothem Wachs: ein Marienbild, auf einem niedrigen Sessel sitzend, mit dem Christkinde auf dem Schoosse und einem Lilienstengel in der linken Hand; Umschrift:

S. HERMANNI · DI · GRA · ELCI · ET · ͻFIRMATI · Ī · EPM · ZWER;

2) an einer grünen Schnur hängt das grosse Siegel des schweriner Dom-Capitels aus ungeläutertem Wachs mit braunem Firniss überzogen;

3) an einer rothen Schnur hängt das elliptische Siegel des Propstes Albert aus ungeläutertem Wachs mit braunem Firniss überzogen: unter einem Kirchengiebel von 3 Bogen mit 5 Thürmen ein stehendes ganzes Marienbild, vor welchem links ein Geistlicher betend knieet; rechts steht ein Blumenzweig; Umschrift:

✠ S · PREPOSITI · ALBERTI · IN · CAMPO · SOLIS.

4) an einer grünen Schnur das Siegel des Convents von Neukloster aus geläutertem Wachs mit braunem Firniss überzogen, wie Nr. XXVIII.

Von dieser Urkunde existirt ein zweites, von derselben Hand ausgefertigtes Exemplar auf einer etwas kürzern und breitern Charte. Dieses weicht nur darin ab, dass „in“ vor Lůnenborch fehlt, dass es „atria“ statt „acribus“ liest und bei den Worten „edificia plura“ das Wort „plura“ aus „plurima“ durch untergesetzte Puncte corrigirt enthält. Unten auf dem Umschlage steht in ganz kleiner Schrift die Registratur-Note: „Collige istud“. ohne Anzeichen, worauf sich dies beziehen soll. Das bischöfliche Siegel an der rothen Schnur fehlt, das Capitel-Siegel ist von der grünen Schnur abgeschnitten; das Siegel des Propstes hängt an einer grün und roth seidenen und das Conventssiegel an einer grün seidenen Schnur.

Nr. LVI.

Das Kloster Sonnenkamp gestattet dem Ritter Ekhard von Bibow den Rückkauf von 9 Mark jährlicher Hebung aus dem Dorfe Barsse.

D. d. Sonnenkamp 1317. Dec. 24.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Albertus prepositus, Lutghardis priorissa totusque conuentus ancillarum Christi in Camposolis volumus esse notum et presentibus protestamur, nos quatuor marcarum redditus, quos habemus in villa Barssze, et quos Hinricus sacerdos dictus de Bibowe, quondam nostri monasterii prepositus, pro memoria anime sue nobis et nostro couentui contulit ad commodum infirmarum dominarum, et iterum IIII marcarum redditus in eadem villa existentes, quos Hermannus miles dictus de Rodenbeke nobis et nostre ecclesie ob salutem anime sue contulit et donauit ad vtilitatem totius conuentus, et cum hoc vnius marce redditus in predicta villa ad vsum domine Alheydis Lefhardi vnanimi consensu contulisse et assignasse, tali condicione, quod Ekhardus miles dictus de Bibowe predictos redditus nouem marcarum totaliter, omni dubio postposito, quandocumque sibi placuerit, pro LXXXX marcis habebit liberam facultatem reemendi, que summa nonaginta marcarum tunc domine priorisse est presentanda, cum qua pecunia prepositus tunc existens et prefata domina priorissa cum consilio tocius conuentus tot marcarum redditus ad predictam vtilitatem conparabunt. Ne

autem hoc factum nostrum aliquis successorum nostrorum infringat et casset, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Testes huius sunt: domini Nycolaus Scuneman, Bernardus Cadow, Albertus Wustehoue, Johannes Goddyn, curie sacerdotes, et plures alii fide digni. Datum et actum in Camposolis anno domini M°CCC°XVIII°, in vigilia natiuitatis domini.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs:

1) das elliptische Siegel des Propstes Albert, darstellend: unter einem Kirchengiebel ein stehendes ganzes Marienbild, vor welchem ein Geistlicher betend kniet; Umschrift:

✠ S . PRӨPOSITI . ⱯLBӨRTI . . . ⱭⱯMPO . SOLIS.

2) das Siegel des Convents von Neukloster, wie es Nr. XXVIII. beschrieben ist.

Ueber das Datum dieser Urkunde vgl. die folgende Urkunde vom 27. Dec.

Nr. LVII.

Das Kloster Sonnenkamp beurkundet, dass der verstorbene Ritter Metzeke dem Kloster 30 Mark slav. vermacht habe, wofür 2 Mark Hebungen aus dem Hagen Bruneshoued zum Besten des Convents erworben seien.

D. d. Sonnenkamp 1317. Dec. 27.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Albertus prepositus, Lutghardis priorissa totusque conuentus ancillarum Christi in Camposolis cupimus esse notum et protestamur per presentes, quod Hartwicus bone memorie dictus Mezeke miles nobis et nostre ecclesie XXX marcas

slauicalis monete pro salute anime sue contulit et legauit, cum qua pecunia duarum marcarum redditus perpetuo sunt in indagine Bruneshoueth comparati, quos Nycolaus filius Neuehencke morans in Bruneshoueth aut quicumque eidem in sua hereditate successerit, toti conuentui dominarum ad suam vtilitatem singulis annis omni dubio postposito dabit et persoluet. Ne autem hoc factum nostrum ab aliquo successorum nostrorum infringatur, presentem paginam munimine nostrorum sigillorum roboramus. Cuius rei testes sunt: domini Nycolaus Scuneman, Bernardus Cadowe, Albertus Wstehoue, Johannes Goddin, curie sacerdotes, et plures alii fide digni. Datum et actum in Camposolis anno domini M°CCC°XVIII, in die beati Johannis apostoli et ewangeliste.

Auf Pergament in einer kleinen gedrängten Minuskel. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs: das Siegel des Propstes und des Convents, wie sie zur Urkunde Nr. LVI. beschrieben sind. — Da im Mittelalter das Jahr mit Weihnacht begann, so ist diese Urkunde wohl noch im J. 1317 nach unserer Zeitrechnung ausgestellt; ein Gleiches muss dann auch von der unter ganz gleichen Umständen ausgestellten Urkunde Nr. LVI. gelten, welche vom Vorabend der Weihnacht datirt ist, indem man annehmen muss, die Vigilie sei schon zum folgenden Festtage gerechnet.

Ueber Schenkungen des Hartwig Metzeke vgl. Urkunde Nr. XXVIII.

Nr. LVIII.

D. d. Sterneberch 1313. Jan. 6.

Dedewig von Ortze, miles, *verkauft an den Herrn Conrad Wamekowen, Pfarrherrn zu Pöle,*

und seinen Bruder Hermann, Bürger zu Sternberg, drei Hufen zum Dorfe Gherwenstorp belegen, mit einer Hofstelle (area), *von welcher eine Mark zu entrichten ist, und lässt sie vor dem Fürsten Heinrich von Meklenburg in gebührender Form Rechtens auf, so dass diese Güter geistlichen Stiftungen zugewandt werden können.* „Datum et actum Sterneberch anno „domini milesimo tricentesimo X°VIII°, in die epy-„phanie gloriose."

Auf einem kleinen Pergament in einer kleinen, gedrängten Minuskel. Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Nr. LIX.

D. d. Sterneberg 1318. Jan. 6.

Heinrich, Herr von Meklenburg und Stargard, verleiht dem Pfarrherrn Conrad Wamecov zu Pole und dessen Bruder Hermann, Bürger zu Sternberg, drei Hufen zum Dorfe Gerwinstorp belegen und eine Hofstelle (aream), *wie sie der Ritter Dedewig von Oertzen mit allem Rechte und Eigenthum bis dahin besessen und jetzt an die genannten Brüder Wamecov verkauft hat, zu dauerndem Eigenthum, mit Recht, Ertrag und Mannrecht* (iure vasallico) *zu besitzen, mit der Erlaubniss, diese Güter geistlichen Stiftungen zuzuwenden, jedoch unter der Bedingung, dass wenn sie eine Vikarie mit denselben stiften wollen, das Patronatrecht den Fürsten von Meklenburg zufalle.* „Datum Sterneberge anno domini M°CCC°XVIII°, in die epiphanie."

Auf Pergament in einer kleinen, gedrängten Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt noch ein Stück von dem Siegel des Fürsten Heinrich.

Nr. LX.

Lüder, Decan, und Marquard, Cantor des Capitels zu Schwerin, als Bevollmächtigte des vom päpstlichen Stuhle deputirten Bischofs von Schleswig, befehlen den Pröpsten der Klöster Rühn und Neukloster und allen ihnen untergebenen Geistlichen, den über die Stadt Stralsund wegen einer Streitigkeit mit dem Bischof von Rothschild verhängten Bann feierlich zu verkünden und in ihren Propsteien an den Stralsundern in Ausführung zu bringen.

D. d. Zwerin 1318. März 24.

Luderus decanus et Marquardus cantor Zwerinensis viris discretis et honestis prepositis Runensi et Noui Claustri ac uniuersis ecclesiarum rectoribus, plebanis, vicariis seu eorum vices gerentibus, necnon religiosis exemptis et non exemptis quibuscumque in dictis prepositüris constitutis salutem et in domino dilectionem. Noueritis venerabilem patrem dominum Johannem episcopum Sleswicensem, conseruatorem priuilegiorum ecclesie et episcopi Roskildensis a sede apostolica deputatum, contra consules et scabinos ac communitatem ville Stralesund diuersos fecisse processus, ipsos consules et scabinos excommunicando et ipsam villam Stralesund ecclesiastico interdicto supponendo, nobisque dedisse in mandatis auctoritate apostolica, quod et facere potuit auctoritate mandati apostolici, quod vidimus sub vera bulla et in

suo originali, vt dictos consules et scabinos excommunicatos ipsamque villam Stralesund ecclesiastico fore suppositam interdicto in ecclesia nostra Zwerinensi per nos seu per curatum nostrum, in ceteris autem ecclesiis Zwerinensis dyocesis per earum rectores seu vicarios et per fratres in suis sermonibus publice denunciamus et faciamus denunciari. Quare vobis omnibus et singulis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in quemlibet rebellem et contumacem auctoritate apostolica monicione cum premissa in hiis scriptis ferimus, precipimus et mandamus, vt dictos consules et scabinos excommunicatos et ipsam villam Stralesund ecclesiastico suppositam interdicto singulis diebus dominicis et festiuis, candelis accensis et campanis pulsatis in ecclesiis vestris palam et publice denuncietis, nec dictos Sundenses ad diuinum officium in vestris ecclesiis audiendum, si sciuntur et cognoscuntur, aliquatenus admittatis, nisi quantum iura concedunt, donec vobis de dictarum summarum relaxacione facta fuerit plena fides et vos domini prepositi hoc nostrum mandatum vestris subditis intimetis seu per vestros officiales intimari faciatis. Actum et datum Zwerin anno domini M°CCC°XVIII°, nono kalendas Aprilis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Auf Pergament in einer flüchtigen und festen Minuskel. An den beiden pergamentenen Siegelbändern fehlen die Siegel.

Nr. LXI.

D. d. Guzstrow 1318. April 22.

Johannes, Herr von Werle, verschreibt sich („quod stamus pro“) *für 40 Mark slav. Pf. dem Propste der Jungfrauen von Neukloster für die Kosten, welche die Tochter des lübecker Bürgers Bernhard Zobben zahlen sollte, als sie in das Kloster aufgenommen ward* („quando in claustro fuerat sanctimonialium consorcio sociata“). — — „Datum in sancta vigilia Pasche.“

Auf einem kleinen Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. An einem, aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hängt noch ein kleines Stück Siegelwachs mit Resten des werleschen Stierkopfes.

Nr. LXII.

Das Kloster Sonnenkamp erwirbt von dem Rath der Stadt Wismar einen Hof innerhalb der Stadt Wismar an der frischen Grube.

D. d. Sonnenkamp 1318. Dec. 6.

In nomine domini Amen. Vniuersis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris uel audituris Albertus prepositus monasterii Campi Solis, Lutgardis priorissa totusque conuentus ancillarum Christi ibidem salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, dominos consules Wismarie ob mere deuocionis affectionem, quo nos ac nostrum amplectuntur cenobium, curiam nostram in eorum ciuitate sitam prope recentem fossam nobis

fauorabiliter dimississe cum subscriptis condicionibus ad vsus nostri claustri possidendam, sic quod memorata curia pleno iuri Lubicensi debeat subiacere; nec in ipsa curia quicquam edificabimus, vnde preiudicium aut periculum ciuitati ualeat suboriri; dominis militibus aut quibuslibet aliis personis suspectis nulla hospitalitatis beneficia prebebimus in eadem; pontes lapideos et litus fosse circa dictam curiam, quemadmodum ipsa curia infra et supra iacens, de nostra particula tenebimur emendare; denique pro tallia, *schot* nominata, pro vigiliis nocturnis, fossionibus ceterisque statutis, exceptis articulis suprapositis, singulis annis in festo beati Martini dabimus duas marcas denariorum slauicalium consulibus antelate (ciuitatis?). Rursum sepedictam curiam nulli vendemus, donabimus uel exponemus, si necessitas aut oportunitas, quod absit, aut uoluntas industrie proprie hoc poposcerit, nisi uni de conciuibus ciuitatis sepescripte. Vt autem hec omnia supra notata firma ac rata in perpetuum teneantur a nobis et a nostris successoribus, sigillo nostro presentia sunt munita. Acta sunt hec in ecclesia nostra, presentibus omnibus, qui debuerunt canonice interesse, anno domini MCCCXVIII, in die sancti Nicolai confessoris atque pontificis.

Nach einer beglaubigten Abschrift des wismarschen Stadt-Secretairs Marcus Tancke aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts. — Gedruckt in Schröder's Pap. Mekl. 1, p. 975.

Nr. LXIII.

Propst und Priorin des Klosters Sonnenkamp versichern dem Convent des Klosters jährlich

zwei Mark Hebungen aus der Windmühle bei Dessyn aus einem Legate.

D. d. Sonnenkamp 1318. Dec. 29.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Albertus prepositus, Lutghardis priorissa totusque conuentus ancillarum Christi in Camposolis recognoscimus et tenore prensencium protestamur, quod relicta Johannis Svicker bone memorie in Gustrowe nobis et nostre ecclesie centum marcas slauicalis monete pro salute animi mariti sui ac pro salute proprie anime dedit et legauit, vnde vt memoria eorum cum animabus aliorum fideliter defunctorum singulis annis peragatur: totus conuentus dominarum duarum marcarum redditus in molendino, quod dicitur vulgariter *winthmole*, situm prope Dessyn, tollet et habebit annuatim. Ne igitur hoc factum nostrum a nostris successoribus infringatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Cuius rei testes sunt: domini Nycolaus Scunemann, Bernardus Cadowe, Albertus Wstehoue, Johannes Goddyn, curie sacerdotes, et plures alii fide digni. Datum et actum in Camposolis anno domini M°CCC° XIX°, in die beati Thome martiris et confessoris.

Auf Pergament in einer kleinen, gedrängten Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt des Propstes Albert Siegel aus rothem Wachs, wie es zur Urkunde Nr. LVI. beschrieben ist. Zu mehr Siegeln ist kein Loch in das Pergament eingeschnitten.

Nr. LXIV.

Der Propst Nicolaus von Neukloster und mehrere Ritter und Knappen fordern von den Brüdern von Svinghen und ihren Mitgelobern die Gewährleistung für den Verkauf des Dorfes Tepelitz an das Kloster Neukloster binnen Jahr und Tag und übernehmen selbst subsidiarisch die Gewährleistung.

D. d. (1320). Julii 16.

Strenuis militibus et famosis Zobbeken de Putzecow, Rauoni Berchane, necnon famulis validis Gerardo, Ottoni de Suinghen fratribus, Ludolfo de Vrimanstorp, Guntero Ploten: Nicolaus Noui Claustri prepositus, Bertoldus Preen, Gotscalcus Pren de Gnemere, fratres, Vicko de Stralendorp, milites, Hinricus Bulow, Hermannus Butzow, Hermannus Luchow, Henneke Boydenstorp, Hinricus Bonensach, famuli, quidquid possunt obsequii plus honoris. Monemus uos ex parte domini prepositi Noui Claustri, primo, secundo et tercio, et quociens infra annum et diem de iure tenemur, per promissum nobis fide media factum, cum instancia multum rogantes, quatenus dominum prepositum Noui Claustri et ipsam ecclesiam Noui Claustri in bonis ville Tepelitz et terminis adiacentibus, domino preposito presentibus pluribus fide dignis eciam vasallis domini nostri Hinrici Magnopolensis pluries demonstratis, disbrigetis, theutonice *vntweren,* sibi warandiam in ipsa villa Tepelitz et terminis, sibi, ut premissum est, demonstratis, plenius faciendo,

quemadmodum ei et nobis ipsi ad manus et sue ecclesie fidetenus uos uelle facere promisistis, quod si neglexeritis aut facere recusaueritis, extunc quod iuris est libenter faciemus, in memoria nichilominus habentes, quod sicut prepositus uos ante infra annum et diem monuit, ita et nos monemus, ne sibi et nobis sibi ad manus preiudicialiter premissum currat tempus. Datum in crastino divisionis apostolorum.

Auf Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. Es sind zwölf Löcher zur Einhängung von Pergamentstreifen eingeschnitten, von denen neun eingehängt sind; an sechs Pergamentstreifen hangen noch die Siegel.

1) (am zweiten Pergamentstreifen) aus ungeläutertem Wachs das Siegel Bertholds Preen mit drei Pfriemen im Schilde; Umschrift:

✠ S' * — — * MILIT . S * *.

2) aus grünem Wachs ein Siegel mit drei Pfriemen im Schilde; Umschrift:

✠ S'. GOTSCHALCI : PREN : MIL'.

3) aus grünem Wachs ein Siegel mit einem längs getheilten Schilde: rechts im glatten Felde drei schräge, rechts aufwärts gestellte Pfeile über einander, links ein halbes Rad in schraffirtem Felde; Umschrift:

S'. FREDERICI . DE . STALENDORPE.

4) aus grünem Wachs ein schraffirter Schild mit zwei geschachten Bändern im Andreaskreuze übereinander gelegt; Umschrift:

✠ S'. HERMANI . BOSSOWENE.

5) aus rothem Wachs ein schraffirter Schild mit einem rechten Schrägebalken, auf welchem drei Figuren, wie ein E, stehen; Umschrift:

✠ S'. IOHANNIS . BODENSTORPE.

6) aus ungeläutertem Wachs ein Schild mit zwei schraffirten rechten Schrägebalken; Umschrift:

✠ S'. HINRICI . BO(N)ENZAE.

Nr. LXV.

Der Fürst Heinrich von Meklenburg verleiht dem Kloster Neukloster das Dorf Tepelitz, welches die Brüder von Svinghen an das Kloster verkauft und vor dem Lehnsherrn aufgelassen haben, zu voller Freiheit und schenkt dem Kloster dazu den Rossdienst von demselben Gute.

D. d. Vighele 1320. Julii 20.

In nomine domini Amen. Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis et Stargardie vniuersis Christi fidelibus salutem in omnium saluatore. Quoniam humana labilis est memoria, ex maiorum sagacitate prudenter emanauit, vt memorabile, quod temporaliter agitur, ad successiue posteritatis memoriam scripture testimonio transferatur; eapropter et presentibus notum facimus et futuris, quod constituti in presencia nostra fideles nostri Gherardus de Svinghe et Otto de Svinghe frater eius recognouerunt vnanimiter coram nobis, se mediante consilio et consensu suorum amicorum et aliorum, quorum intererat, rite et racionabiliter vendidisse domino preposito et sanctimonialibus Noui Claustri uillam Tepelitze cum suis redditibus, libertate, proprietate, censu et fructu, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aridis, paludibus, sespitibus et lignis, areis, terminis et distinctionibus et plane cum omni iure et omnibus, quibus dicti in ea hactenus usi sunt, pro sexcentis et decem marcis slauic., eis integraliter numeratis et solutis, perpetuis temporibus libere possidendam, quam quidem villam

Henneke, Gherardus, Otto dicti de Svinghe, ad quos spectabat resignatio, pluribus probis presentibus militibus et famulis in ecclesia Vighele nobis resignauerunt, et nos eam contulimus domino preposito ad manus sanctimonialium Noui Claustri in omni libertate ecclesiastica sine seruitio et absque ullo indebito grauamine possidendam, et, accedente consensu et consilio heredum, consiliarorum, uasallorum nostrorum huiusmodi uenditionem ratam et gratam habentes, ob fauorem et dilectionem dicti monasterii renunciauimus seruitio dextrarii nobis et successoribus nostris competenti in eadem. Huius rei testes sunt: Bertoldus Preen, Gotscalcus Preen de Gnemere, Vicko de Stralendorp, milites, Godeke Preen, Hinricus de Bulow, Hermannus Luchowe, Henneke Boydenstorp, Hinricus Bonensach, Hermannus Butsow, qui huic emptioni intererant, et promissum fide media ad manus prepositi et dicti monasterii et sanctimonialium ac infrascriptis compromissoribus videlicet Rauone Berchanen, Zobbeken de Putzecowe, militibus, Gherardo et Ottone de Svinghen, Ludolfo Vrimanstorp, Gutero Ploten, famulis receperunt. In testimonium autem omnium premissorum et robur perpetue firmitatis presens scriptum super hiis confectum sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno domini M°CCC°XX°, dominica ante beate Marie Magdalene proxima in ecclesia Vighele, vbi tunc temporis cum avunculis nostris dominis Nicolao et Hinrico comitibus Zwerinensibus placitauimus et reuerendo patre nostro domino Hermanno Zwe-

rinensis ecclesie episcopo et suis canonicis in eadem.

Auf Pergament in einer kleinen, festen Minuskel. An einem Pergamenstreifen hängt des Fürsten bekanntes Siegel aus ungeläutertem Wachs.

Nr. LXVI.

D. d. 1321. Junii 23.

„Johannes miles dictus Storm, de vnanimi voluntate et consensu — — filiorum Gotschalci, Johannis et Hermanni“, *schenkt dem Convent des Klosters Sonnenkamp eine Hebung von jährlich 1 Mark slav. aus dem Dorfe Beyendorp, wofür die Nonnen sein Gedächtniss, wie das seiner verstorbenen Brüder feiern sollen.* „Testes sunt: dominus Johannes de „Linstow, sacerdos, dominus Hin. de Bilrebeke, „plebanus in Gnewesmolen, dominus Hin. de „Plesse, miles. — — Datum — — in vigilia Johan„nis baptiste.“

Auf einem kleinen Pergament in einer kleinen, gedrängten Minuskel. Angehängt sind 4 Pergamentstreifen, von denen nur noch die beiden mittlern dreieckige Siegel aus ungeläutertem Wachs halten, beide mit 3 sechsspeichigen Rädern im Wappen; Umschriften:

✠ S'. GOSSC .. CI * STO . M·

und

✠ S'. IOhANNIS * STO . M·

Nr. LXVII.

Der Papst Johannes XXII. überträgt dem Propst zu Neukloster die Schlichtung eines Geldstreites

zwischen dem Laien Johann Wiese von Wismar und dem Pfarrer Nicolaus Schacke zu Bassewitz.

D. d. Avignon 1323. April 22.

Johannes episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio .. preposito monasterii Noui Claustri, per prepositum soliti gubernari, Zwerinensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Johannes dictus Sapiens de Wismaria, laicus Razeburgensis diocesis, quod Nicolaus dictus Schacke, rector ecclesie in Bassenvisze, Caminensis diocesis, super quadam pecunie summa et rebus aliis iniuriatur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias causam et, appellatione remota, usuris cessantibus, debito fine decidas, faciens, quod decreueris, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinioni X Kalendas Maii, pontificatus nostri anno septimo.

Auf weissem, geglättetem Pergament in der bekannten römischen Minuskel, mit bleierner Bulle an einer hanfenen Schnur; Avers der Bulle wie gewöhnlich; auf dem Reverse:

IOhANNES . PP : XXII .

Auf dem Umschlage steht unter der Urkunde: Gaucelinus. Oben auf der Rückseite des Pergaments steht: Conradu de ......s. An der Stelle des Namens des Propstes stehen in der Urkunde zwei Puncte.

Nr. LXVIII.

D. d. 1327. Dec. 9.

„Gotscalcus de Gnemere et Bertoldus de Choretze, milites, dicti Pren“, *verpfänden dem Propst Nicolaus, der Priorin Elisabeth und dem Convent von Neukloster 5 Mark lüb. Pf. jährlicher Hebung aus 1½ Hufen im Dorfe Gnemern für 50 lüb. Mark.* „Datum et actum anno dni. M°CCC°XXVII^mo., in crastino conceptionis virginis gloriose“.

Auf Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. Von den zwei Pergamentstreifen, welche an der Urkunde hangen, ist das zweite Siegel abgefallen. Das erste Siegel von ungeläutertem Wachs ist dreiseitig und zeigt auf einem dreiseitigen Schilde drei Pfriemen; Umschrift:

✠ S'. GOTSC ..... E. PREN. MIL.

Nr. LXIX.

Der Convent des Klosters Neukloster verkauft an den ehemaligen Pfarrherrn in Neu-Bukow, Nicolaus, während der Zeit seines Lebens wiederkäuflich, zwei Wispel Salz aus der Saline zu Lüneburg, welche derselbe dem Convent für den Fall seines Todes zum Rückfall verschreibt; ausserdem überlässt der Convent demselben einen Wispel Salz aus derselben Saline auf Lebenszeit.

D. d. 1328. Jan. 17.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Elizabeth priorissa totusque conuentus ancillarum Christi in

Camposolis salutem in domino et rei geste agnoscere veritatem. Temporales actiones propter labilem hominum memoriam cicius defluerent, si non perhennarentur testimonio scripturarum. Nouerit igitur tam presencium etas, quam futurorum posteritas, quod, propter aduersitates plures, retroactis temporibus nobis obuias, videlicet vnius anni nostre pachte ablacionem, grangiarum nostrarum violentam euacuacionem, cara tempora, immensam gwerram in terra ac alios infortuitos casus scilicet incendium, spoliationem, sicut liquet, ad tantam deuenimus inopiam, quod, nisi mutuo et concessione transissemus, intus et extra, in grangiis nostris deductio penitus defecisset expensarum. Hiis itaque premissis necessitatibus et aliis similibus grauaminibus lapse, et precipue dominus noster, dominus Nycolaus noster prepositus, qui et dominus et caput nostre sollicitudinis, portans diei et estus pondus in honera plurium debitorum, non potentes creditoribus, que sua sunt, poscentibus, satisfacere de soluendis, nobis autem alias sub minori periculo non habentibus, vnde soluere possimus, vendidimus concorditer, consensu domini nostri, domini Johannis, miseracione diuina ecclesie Zwerinensis episcopi, nostri dyocesani, Luderi prepositi, Johannis decani eiusdemque ecclesie totius capituli, communicato ad hoc discretorum consilio et diligenti prehabito super hoc tractatu, honorabili viro, domino Nycolao, quondam in Noua Bucowe plebano, duos choros salis quolibet flumine in salina Luneborch: vnum in domo Eynghe in sartagine, que vocatur *Wechpanne,* sita manum ad

sinistram in introitu ipsius domus, alium in domo Eminghe in sartagine, que vocatur *Wechpanne*, iacente ad manum dextram, cum itur in ipsam domum, cum omni vsu, fructu, vtilitate et emolumento, quod quocumque modo exinde prouenire poterit, pro quadringentis marcis lubicensibus, in numerata pecunia nobis solutis et in vsus nostros ac ecclesie nostre conuersis, perpetuo possidendos. Dimittimus insuper eidem tamquam persone bene merite dimidium chorum salis in salina Luneborch in domo Ewinghe in sartagine, que dicitur *Wechpanne*, iacente ad manum dextram, cum itur in ipsam domum, et dimidium chorum salis in domo Huttinghe in sartagine, que vocatur *Wechpanne*, ad manum dextram in introitu ipsius domus posita, quolibet flumine, cum omni vtilitate, vsufructu ac emolumento, quod quoquo modo exinde prouenire poterit, ad tempora vite sue disponendum. Et quamuis hos duos choros salis, sibi perpetue titulo rite vendicionis dimissos, posset pro sue voluntatis libito pleno iure et mera liberalitate vendere aut in personas alias ecclesiasticas siue seculares transferre uel quomodolibet aliter permutare, ipse tamen sicut homo legalis et clemens pater, sue nostreque salutis non immemor, nolens huiusmodi alienationem, per nos vrgente necessitate factam, animo suo sustinere, huiusmodi duos choros salis, sua pecunia legitime et racionabiliter comparatos, in remissionem suorum peccaminum ac anime sue salutem, affectu caritatiuo cum omni emolumento, sicut a nobis emit, liberaliter donauit, legauit, cum suum diem clau-

serit extremum, inter nos caritatiue distribuendos secundum numerum tunc pro tempore dominarum, personarum acceptione non inspecta, vt eius memoria tam in vita, quam in morte apud et per nos salubriter peragatur. Ne autem huiusmodi vendicio et legacio, quamuis sic prouise, sic circumspecte ordinata et disposita, nimium honerosa futuro preposito videatur, dimisit sibi facultatem reemendi cum consensu nostro pro eadem numerata et exposita premissa pecunia duos choros salis, a nobis in domibus predictis per ipsum emptos, dummodo ipsa pecunia, occasione huius reddita, in alios redditus inter nos, ut premissum est, caritatiue distribuendos, prouide conuertatur. Ad firmiorem igitur omnium predictorum obseruanciam sigillo nostro roborandum duximus presens scriptum. Datum et actum anno domini M°CCC°XXVIII^mo, die dominica infra octauam epyfanie domini.

Nos igitur Johannes Dei gracia episcopus, Luderus prepositus, Johannes decanus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum huic vendicioni, donacioni, ordinacioni, disposicioni subscribimus, videntes vtilitatem monasterii Noui claustri in huiusmodi consistere, diligentibus super huiuscemodi prehabitis tractatibus, premissa, ut de uerbo ad uerbum recitata sunt, auctorizamus, confirmamus, adicientes eis sub appensione nostrorum sigillorum robur solide firmitatis. Datum anno et die supradictis.

Et ego Nycolaus predicti monasterii prepositus vendicioni, ordinacioni, disposicioni laudabilis domine Elizabeth priorisse tociusque conuentus

Noui Claustri consensi et assensum prebui, singula ut in ordine digesta sunt, meo sigillo sigillaui.

Auf Pergament in einer flüchtigen, jedoch festen cursivischen Minuskel. Die Urkunde ist in zwei, ganz gleichen Abschriften vorhanden; das Pergament beider ist jedoch an einigen Stellen stark vermodert und zerrissen.

An der einen Ausfertigung hangen an rothen seidenen Schnüren vier Siegel:

1) das elliptische Siegel des Bischofs Johann aus grünem Wachs, darstellend einen infulirten Bischof, auf einem, mit Thierköpfen verzierten Sessel sitzend, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Bischofsstab haltend; Umschrift:

✠ S. IOHANNIS . DEI . GRA(CIA.) EPISCOPI . ZWERINS;

2) das grosse Siegel des schweriner Dom-Capitels aus grünem Wachs;

3) das Siegel des Propstes Nicolaus aus rothem Wachs, etwas über die Hälfte vorhanden: unter einem Kirchengiebel ein Marienbild, vor welchem links ein Geistlicher betend knieet; rechts zur Seite der Maria steht rechts gelehnt ein Wappenschild: ein Schild mit zwei rechten Schrägebalken; Umschrift:

✠ S. NICOLAI. — — — . . . PO. SOLIS;

4) das Siegel des Convents von Neukloster, wie Nr. XXVIII, aus rothem Wachs.

An der zweiten Ausfertigung hangen an Pergamentstreifen die Siegel des schweriner Bischofs und Capitels aus rothem Wachs; zu den beiden andern Siegeln sind Löcher eingeschnitten, jedoch sind die Siegel und Siegelbänder nicht mehr vorhanden.

Nr. LXX.

Albert, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster Neukloster drei Hufen und eine Hofstelle bei dem Dorfe Gherwinstorp, deren Ertrag der Nonne Gertrude Wamkow auf Lebenszeit aus-

gesetzt, nach dem Tode derselben aber dem Convent zu Neukloster verschrieben wird.

D. d. Neukloster 1331. Sept. 24.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Vt ea, que per nos fiunt, robur diutine firmitatis optineant, presentibus cupimus fore notum, quod, maturo consilio, prouida deliberacione ac nostrorum consiliariorum consensu accedente, contulimus tres mansos sitos ad villam Gherwinstorp, quos colunt Ditmarus et Dedewicus, et vnam aream, vnam marcam soluentem, preposito et sanctimonialibus Noui Claustri cum omni iure, proprietate et prouentibus, sicut eos Dedewicus de Ortzen miles cum consensu et beneplacito dilecti patris nostri domini Hinrici Magnopolensis felicis memorie vendidit honestis viris, domino Conrado Wamecowe, plebano ecclesie Pôle, et Hermanno Wamecow suo fratri, ciui nostro in Sterneberch, perpetuis temporibus possidendos, prout eos dictus miles cum suis heredibus ante, et postea dominus Conradus Wamecowe predictus in Pôle plebanus et Hermannus Wamecow suus frater et eorum heredes habuerunt et possederunt, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, renunciantes, sicut eciam pater noster dilectus renunciauerat, iuri vasallico et vniuersaliter omni iuri, quod nobis competebat aut competere potuerit in eisdem, hac conditione adiecta, quod Ghertrudis Wamecowe, filia Thyderici Wamecowen ciuis nostri in

Sterneberch, ancilla Christi in Campo Solis, dictos redditus ad tempus sue vite percipiet, deinde, ea de medio sublata, conuentus Noui-Claustri inter se distribuet secundum numerum tunc personarum. Datum et actum in conuentu Noui Claustri anno domini M°CCC° tricesimo primo, feria tercia ante festum beati Michahelis proxima, presentibus famosis viris, dominis Erico de Lubberstorp et Thyderico Clawen, militibus, Willekino de Helpede capellano nostro, Hinrico Bonsak armigero, Nycolao Rauen et Nycolao Wamecowe, ciuibus nostris in Sterneberch, ac aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis. In euidenciam vero premissorum sigillis nostris, videlicet maiori et minori, presentes litteras fecimus communiri.

In einer etwas eilfertigen, kleinen Minuskel. Von den Siegeln an den Pergamentstreifen ist das erstere leider abgefallen und verloren; das zweite ist das älteste Secretsiegel des Fürsten Albrecht: ein kleines, rundes Siegel mit einem rechts hin gekehrten, befiederten Helme, vor dem 5 und unter dem 2 Sterne stehen; Umschrift:
✠ SЄCTU · AL . . . . · DI · GRA . MAGNOP. DNI.
Man vgl. die Urkunden vom 6. Jan. 1318.

Nr. LXXI.

Der Ritter Raven Barnecow schenkt dem Kloster Neukloster sämmtliche Dienste aus dem Dorfe Klein-Swertze.

D. d. Tessin 1338. Nov. 7.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus Rauo dictus de Barnecowe miles salutem

in Christo perhennem. Nouerint vniuersi tam futuri, quam presentes, quod ego, ad peticionem et instanciam nobilis ac magnifici viri domini mei Alberti Magnopolensis, Stargardie et Rozstok domini, de consensu et voluntate fratrum meorum dilectorum et patrui mei, commendabili viro domino Hinrico preposito et sanctimonialibus Nouiclaustri totum seruicium ville minoris Swertze contuli plenarie et dimisi, ita quod ipsi villani nec per me uel fratres meos, nec per meum patruum aut aduocatos seu officiales nostros, quacumque necessitate michi uel ipsis incumbente, ad aliqua seruicii genera compelli debent amplius uel artari, sed ab omni iugo seruitutis liberi in perpetuum permanere. In cuius euidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum Tessyn anno domini M°CCC°XXXVIII, sabbato ante Martini proximo. Testes sunt: nobilis vir dominus meus dominus Albertus Magnopolensis antedictus, Nycolaus de Helpede, Otto de Dewetze, Gotscalcus Storm et Johannes Lutzowe, milites, et alii quam plures fide digni.

Auf Pergament in einer flüchtigen Minuskel. Das Siegel ist von dem grün seidenen Siegelbande abgefallen.

Nr. LXXII.

Der Fürst Albrecht von Meklenburg schenkt dem Kloster Neukloster sämmtliche Dienste aus dem Dorfe Klein-Swertze.

D. d. Sternberg 1338. Nov. 13.

Nos Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstock dominus ad vniuersorum noti-

ciam deferimus, presencium litterarum testimonio protestantes, quod nos benemeritis et gratuitis beniuolenciis nobis per venerabilem virum dominum Hinricum prepositum Noui Claustri et sanctimoniales ibidem plurimum benigne exhibitis et in futurum exhibendis intendentes, contulimus bono animo et donauimus eisdem ob omnipotentis Dei amorem et reuerenciam totale seruicium ville minoris Swertze, volentes, colonos ville eiusdem ab omni genere seruicii, quocumque eciam nominetur nomine, habere perpetuo supportatos, nec liceat nobis, heredibus, aduocatis et vasallis nostris inhabitatores dicte ville ad aliqua seruitutis genera directe uel indirecte, quacumque eciam necessitate nobis seu ipsis incumbente, compellere in futurum. Id nostri sigilli appensione duximus protestandum. Datum Sterneberch anno domini M°CCC°XXX° octauo, feria sexta post beati Martini episcopi. Testes sunt fideles nostri: Bolto Hasencop, Otto de Dewitz, Albertus Warborch, Nicolaus de Helpede et Rauo de Barnecowe, milites, et plures alii fide digni.

Auf Pergament in einer kleinen, festen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt des Fürsten erstes eignes, grosses Siegel, mit dem ersten Secret desselben auf der Rückseite bekräftigt.

Nr. LXXIII.

Die Gebrüder Boydenstorp verschreiben dem Kloster Neukloster 44½ lüb. Mark aus dem Testamente ihres Vaters.

D. d. 1350. Aug. 3.

Nos Henneke, Heyno et Johannes fratres dicti Boydenstorp tenore presencium publice profi-

temur, quod venerabilibus et religiosis dominabus priorisse et monialibus vniuersis Noui Claustri quadraginta quatuor marcas Lubicensium denariorum cum dimidia in crastino festi sancti Michahelis proximi absque omni ambiguitate in prompta pecunia dare volumus et debemus, in quibus eisdem nomine testamenti dilecti patris nostri pie memorie iuste tenemur obligati. In cuius euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°CCC° quinquagesimo, in die inuencionis sancti Stephani martiris gloriosi.

Auf Pergament in einer kleinen, festen cursivischen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen drei Siegel in Schildform aus ungeläutertem Wachs:

1) auf einem leeren Schilde drei Figuren wie Pflugschaaren, in ein Dreieck gestellt; Umschrift:

✠ . . . . . ehe . BOIWSDORP.

2) auf einem schraffirten Schilde ein rechter Schrägebalken, auf welchem drei Figuren, wie Pflugschaaren, neben einander stehen; Umschrift:

✠ . . . . YNE . BODENSTORP.

3) ein Siegel, wie Nr. 2, mit der Umschrift:

. . . . . A . . . . ENSTORP.

Nr. LXXIV.

Der Propst Albert von Neukloster und der Vasall Heyno, Brüder genannt Daam, verleihen dem Kloster Neukloster sechs Mark Hebungen aus dem Dorfe Pennevitte, unter Vorbehalt der Einlöslichkeit derselben für 50 Mark.

D. d. 1362. April 9.

Nos Albertus prepositus sanctimonialium Nouiclaustri, necnon Heyno vasallus, fratres dicti

Daam, ad noticiam deducimus vniuersorum, quod cuilibet preposito, priorisse totique conuentui Nouiclaustri predicti animo deliberato nostrorum amicorumque consensu dedimus, concessimus, conferimus et presentibus sex marcarum redditus lub. denar. in villa Peneuitte in tribus mansis, quos pro nunc Rampe et Nicolaus Faber colunt et possident, cum nostri fratris Nicolai filia in collegium sanctimonialium pro predictis redditibus acceptata, quos quidem redditus quilibet prepositus, nobis Alberto pro nunc preposito antedicto succedens aut successurus, in festo beati Martini subleuabit, ipsos expignerando, quociens et quando ipsi preposito et conuentui prefatis post predictum festum, si prorogentur, videbitur expedire, ita tamen quod nos Albertus prepositus et Heyno predicti et nostri veri heredes dictos redditus pro quinquaginta marcis lub. redimere poterimus, quando nobis visum fuerit expedire; in festo Michaelis si redimemus, in festo Martini subsequenti continue eosdem redditus de mansis predictis subleuemus. Hos etenim redditus, sic per nos preposito et conuentui predictis datos et concessos modo quo supra, coram episcopo Zwerinensi, dum episcopatum regere pretendet, iure quo tenemur promittimus presentibus resignare. Nostra ergo sigilla ad maiorem predictorum municionem et roboracionem ac testimonium euidencius duximus cum sigillis discretorum et famosorum famulorum Hermanni Lugghouw, Hartwici Yezeuitze testium subscriptorum factorum sub anno domini M°CCC° sexagesimo secundo, sabbato palmarum, presentibus appendenda.

Auf Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen vier Siegel:

1) ein elliptisches Siegel von grünem Wachs: ein ganzes Marienbild mit dem Christkinde in dem mit Sternen besäeten Siegelfelde schwebend; Umschrift:

✠ S' * ALBERTI * PREPOSITI * NOVI * KLAVSTRI *.

2) ein dreiseitiges, schildförmiges Siegel von grünem Wachs: ein Helm mit einem Greifenkopfe oder einem ähnlichen Thierkopfe als Helmzierde; Umschrift:

✠ S'. HINRICI . ADAM.

3) ein rundes Siegel von grünem Wachs: auf einem Schilde ein ganzes Thier, wie ein Pferd, mit einem abwärts stehenden Horne (ein Einhorn?); Umschrift:

✠ S . HERMANNI . LVCEHOWE.

4) ein rundes Siegel von grünem Wachs mit aufgelegter rother Wachsplatte: auf einem Schilde zwei kreuzweise gelegte Lilienstäbe; Umschrift:

✠ S . HARTWICI . YEZEVITZE.

Nr. LXXV.

D. d. 1362. April 19.

Der Herzog Albrecht von Meklenburg giebt seine Zustimmung dazu, dass „dominus Albertus Daam „prepositus sanctimonialium noui Claustri, necnon „Heyno Daam fratres dicti de Buscouw" *dem Kloster Neukloster 6 Mark jährl. Hebungen aus dem Dorfe Penneuitte, unter Vorbehalt der Einlöslichkeit derselben für 50 Mark, verliehen haben.* „Datum feria „tercia pascarum — sub nostro secreto presentibus „appenso."

Vgl. Urk. Nr. LXXIV, welche in dieser Confirmation fast wörtlich wiederholt ist.

Auf Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt aus grünem Wachs das zweite Secretsiegel des Herzogs (vgl. das erste zu Nr.

LXX): ein kleines, rundes Siegel, in dessen unterm Theil stark rechts gelehnt ein Schild mit dem meklenburgischen Stierkopfe steht, darüber vor grossen Helmdecken ein gekrönter, vorwärts gerichteter Helm mit zwei grossen Stierhörnern und um dieselben umher gestellten Pfauenfedern als Helmschmuck; Umschrift:

SΘΩ . ALB'TI . DΘI . ΘRA . DVΩIS . MAΘROPOLΘNS'.

Nr. LXXVI.

Der Herzog Albrecht von Meklenburg confirmirt die Güter und Rechte des Klosters Neukloster.

D. d. Zwerin 1362. Nov. 16.

In deme namen der hilghen vnde vndelden dreualdicheyt. Alberth van gades gnade hertoghe to Mekelenborch, greue to Zwerin, to Stargharde vnde to Rostock here, allen luden, de dusse ieghenwardighen schrift seen, heyl to ewyghen tyden. Der rechtuerdighen vnde der bedderuen manne boschedenheit dat eschet, dat de mylden dât der lude vmme glydynghe der dachnisse werden boscreuen; wor vmme, wente wii alle stån scholen vor godes richtestole, alze de apostel secht, wedder to gheuende rede dat wii gedån hebben an vnseme lichamme, dat zy ghud edder quåd, so wille wii wytlik wesen beyde den ieghenwardighen vnde tokomende, de dusse schrift anseen, dat wii vmme de erbarheit des almechtighen gades vnde vmme de ere der hillighen iuncfrow Marien vnde vorlatynge alle vnser sunde vnde to togheuynge der sunde vnser vorvarden vnde elderen den hilghen clostervrowen wonende an deme Sunenvelde vnde dar sulues myt gantzer moghe dach vnde nacht deme heren denende van vnsen

ghuden vrygen willen ere ghud myt den dorpen, de hyr nedene schreuen stån, de boleghen zyn an vnseme lande vnder der suluen scheden, alze se de bette her to hebben ghehåt, hebben laten vnde vorlent vrygelken vnde makelken to ewyghen tyden to besittende, alze vnse elderen se en hebben vorlathen vnde gheuen, an wischen, an weyden, an zee, an watere, an afflope der watere, an wolden, an ackere buwet vnde vnghebuweth vnde an allen stucken, der me bruken mach, alze dat nutte is vnde euen kumpt der schickynghe vnde nutticheit erer kerken. Dyt is dat ghud myt den dorpen der vorscreuen kerken, de hyr na volghen: dat dorp the Deghetow myd der mölen, Prouesteshaghen, Mynnowe myt den vischdyke vnde myt der molen, Woldehaghen, Tzarneuisse dat dar dat closter eghendom ane heft, to Jasteruisse twe houen, to Maslouwe twe houen; Bruneshouet myt twen molen, der dar to lygghen vnde de leehnwar dar ane alze de vorlenynghe der kerken, Arnessee myd deme wenduelde gheheeten, Zigherdemolen myt der molen de boleghen is by Gartze, in der molen to Malbodendorpe achte schepel rogghen, to Gherwenstorppe twe houen vnde en kote; Bobelyn vnde den zee dar to ligghende myt deme groteren vnd mynren richte vnde de leenware der kerken, den hof to Pynnowe myt der molen myt syme velde, Tzarnekowe, Tzusowe, Toldatz, de Nygehoff myt deme velde Gardist vnde myd den wolden sunder myddel, deme velde Boyerstorppe myt der molen, de Koldehoff myt syme velde, dat dorp to Neuer, Cellyn myt den zee, Reynstorppe mit der molen

vnde myt twen zee, Lutken Warin myd der molen vnde myt deme groten see, alzo vele alze he bogrepen wert van beyden oueren van beyden tziden tuschen vnsen scheden, Nakenstorppe myt der molen myt deme zee vnde myt deme kerkleene; Neupersmolen myt der molen vnde verdehaluen wadentoghe an deme zee vnde myt deme dyke to Borkouwe, alze de syck recket an den scheden vnser herscop to der helfte des waters, dat gheheeten is de Mildenisse; tho Nyendorppe twe houen, to Groten Radym twe houen; an deme lande to Suwan dat dorpp to Kammyn; an deme lande to Rosteke: Lutken Swertze, dat dorp to Rogghentyn myt deme kerkleene to Kessyn; to Groten Koryn veer houen, Ghazyn myd den zee vnde eren scheden, Duscyn myt der mole vnde myt den zee vnde myt deme kerkleene, Mynnitze, Stramoyze, Babace, Luderstorppe myt der molen, dat dorpp to Ponnyk, den hoff to Knypaff myt zynen velden, Lubberstorppe myt deme zee, Nyemolen myt eren velde, Prouesteshagen by Luderstorpe. Dat closter myt desseme vorscreuen ghude neen repmate hyr namals schal lyden van vns vnde van vnsen navolghern. Vortmer wille wy nycht, dat dat closter vorbenomet an szynen luden vnser voghede ienegherleye drenghinghe edder boswarynghe schal vůlen. Ok so latę wy an deme ghude, dat nv desse vorscreuen kerken hebben, (dat richte) dat richte to sostich schillinghe vnde dar beneddene. An dem groten richte alze hand vnde halsz vnde van den anderen vse vaghet an deme closter ghude vnde anders nerghene rechte vnde na deme zede dessz lan-

dessz schal richten; dat druddendel, dat dar affkumpt, schal vallen deme clostere, vnde de twe deel vnsz. Vortmer de lude desz clostersz, wor de wonen an vnsem lande, de scholen qwyth vnde vrygh wesen van deme landdynghe vnde van deme menen richte desz landesz vnde scholen dar nycht werden to ghedwunghen van vnsz ofte van vnseme vaghede dat landdyngk to sokende edder dar to komende. Hyr enbouen scholen de lude desz clostersz wesen ghelozet vnde ghenomen van borchbuwende, borchdeenste vnde brugghendenste vnde van allen anderen denste. Ok so lene wy en vnde gheuen an desseme ieghenwardighen breue alle vrygheit an den closterhouen vnde an den wedemen den kerken tolyggende, de sze bette her to hebben ghehad vnde bosethen. Vnde dat alduszdane dat vnde werk van vnsz vnde vnsen nakomelynghen nycht betwyueld werden, men dat id vast vnde stede blyue, so is vnse inghezeghel ghehanghet an dessen ieghenwardighen breff an dem iare der godliken bord dusent drehundert an deme anderen vnde sostighesten iare, des mydwekensz na sunte Mertene. Dyt ys ghescheen vnde ghedan to Zweryn. Dar ouer hebben ghewesen de erliken manne: Johan van Plesse, Hinrik van Stralendorppe, Johan Moltke, Vicke Moltke, Mathias Rauen, Grote Knop, ryddere, Vicke van Bulow, Hinrick van Bulouwe, Reymer van Barnekouwe vnde vele andere bedderue vnde erbare manne.

Auf Pergament ohne Zeichen der Besiegelung; selbst der untere Rand ist nicht einmal umgeschlagen. Die Schrift ist ungefähr aus dem Anfange des 15. Jahrhunderts. Dass die vorstehende Abfassung nur eine wörtliche niederdeutsche Uebersetzung eines lateinischen Originals sei, ist wahrschein-

lich, da, unangesehen die spätern Schriftzüge, die Formeln eine zu steife Uebersetzung der bekannten lateinischen Formeln sind. Ausser dieser Ausfertigung bewahrt das Grossherzogl. Archiv noch zwei Abschriften auf Papier aus der zweiten Hälfte des 15. Jahrhunderts.

Nr. LXXVII.

Das Kloster Neukloster verkauft an das Capitel zu Bützow 10 Mark jährlicher Hebung Brotgeld.

D. d. Neukloster 1365. Julius 1.

Aus dem Diplomatarium des Capitels zu Bützow.

Omnibus Christifidelibus praesens scriptum cernentibus seu audientibus nos Albertus Doam, alias dictus de Bussekow, prepositus Nouiclaustri, Mechtildis Gantzow priorissa totusque conuentus sanctimonialium ibidem facimus fore notum publice protestantes, quod honorabilibus viris domino decano, canonicis, capitulo ecclesie Butzouiensis, Zwerinensis diocesis, ex matura deliberatione prehabita decem marcarum redditus lub. denariorum ad ministrationem panum symellarum deputatos rite et rationabiliter ac iusto emptionis titulo vendidimus pro centum marcarum eiusdem monete nobis integraliter persolutis, in nostri monasterii necessitatem et utilitatem conuersis et adductis, quolibet die proximo beati Martini episcopi de nostro monasterio absque omni impedimento et prorogatione ipsis dominis decano, canonicis, capitulo et eorum perpetuis successoribus per nos et per nostros successores persoluendos expedite aut ex nostris bonis dicti domini decanus, canonici et capitulum seu eorum nuncii per pignora dictos decem

marcarum lub. redditus extorquebunt pro ipsorum beneplacito, vbi ipsis expedit deducenda, nullo nobis beneficio iuris ciuilis uel canonici suffragante in hac parte, quod promisimus presentibus et promittimus vna cum nostris successoribus dictis dominis decano, canonicis et capitulo et eorum successoribus inuiolabiliter obseruare. Datum et actum in Nouoclaustro anno domini M°.CCC°.LX°V°, feria tertia in octaua Johannis baptiste. In cuius rei testimonium sigilla nostra solita presentibus sunt appensa et presentibus commendabilibus viris dominis Hinrico in Naquenstorpe, Hinrico in Dessyn ecclesiarum rectoribus, Hinrico Retzekowe presbytero, Hartwico Metzeken, Ludeke Houeman ac Hermanno Luderstorp laicis, prebendatis Nouiclaustri, testibus ad premissa.

Diese Verschreibung ist im Copeibuche durchstrichen, also wahrscheinlich wieder eingelöst.

Nr. LXXVIII.

Das Kloster Neukloster berechnet seine grosse Schuldenlast und überträgt die Regulirung derselben dem Propste Nicolaus.

D. d. Neukloster 1371. Nov. 29.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino sempiternam. Nos Alheydis priorissa, Ludchardis suppriorissa, Wyndelburgis celleraria, Ida scholastica, Ghertrudis cantrix, Marghareta sacrista, Helenburgis cameraria totusque conuentus monasterii Noui Claustri recognoscimus in hiis scriptis, quod cum honorabilis

vir dominus Nicolaus in nostrum prepositum fuit acceptatus, invenit nostram prepposituram quasi totaliter depaupertatam nostrumque monasterium in maximis occupatum debitis et omnes nostras curias quasi totaliter propter absentiam boni regiminis neglectas et per indiscretionem desolatas. Computacione autem debitorum monasterii nostri per dominum Hinricum Retzekowen facta, summa debitorum se ad duo milia marcarum et ad octingentas et quinquaginta marcas extendebat, et super hoc restant ducente et quinquaginta marce de debitis curiarum nostrarum et quadrigente marce Rostokcenses cum vxore Suderlandes in Rostok, necnon centum marce Lubicenses in Wysmaria cum Nicolao Ghoghelowe, pro quibus ipsis ad tempora vite dotalicia dare debebimus annuatim et pagare; cum quibus videlicet debitis curiarum nostrarum et cum dotaliciis predictis dictus dominus Hinricus Retzekowe se commode noluit occupare, nec in scriptis sue computacionis computare, sed dominus Nicolaus noster prepositus ista omnia debita prescripta et alia multa debita non scripta beniuole et humiliter acceptauit. Quod cum sigillo nostri conuentus protestamur in hiis scriptis. Testes huius rei sunt: omnes fratres nostri conuersi: frater Thydericus in curia nostra Waryn, Dedewich, frater Ludekinus, frater Johannes in Knypaf, ambo fratres Bomgharden, frater Johannes in Noua Curia et alii quam plures fide digni. Datum in Nouo Claustro anno domini M°CCC°LXX° primo, in vigilia beati Andree apostoli gloriosi.

Auf Pergament in einer cursivischen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt das neuere Conventsiegel aus rothem Wachs, wie es zur Urk. Nr. XXVIII. beschrieben ist.

Nr. LXXIX.

Der Herzog Albrecht von Meklenburg legt die zehn sogenannten Jesynschen Hufen auf der Feldmark des Dorfes Punnyk zu halber Bede.

D. d. Zwerin 1378. Junii 25.

Wy Albrecht van godes gnaden hertoge to Mekelenborg, greue to Zwerin, to Starghard vnde to Rozstok here bekennen vnd betughen openbare in dessem breue, dat wy vnd vnse eruen hebben gelecht vnd leggen in dessem breue teyn høue oppe dem velde to Pö̊nnyk, de se heten de Jesynschen houen, to haluer bede; were dat wy eder vnse eruen to jeneghen tyden na desser tyd bede mer beden in vnsen landen, so scholen de, de desse vorbenomden houen besitten vnd buwen, gheuen halue bede vnd schollen dar bouene nicht beswaret werden; vnd hebben des to tuge vnse ingeseghel gehengen heten vor dessen bref, de gheuen vnd screuen is to Zwerin na godes bort drutteynhundert jar dar na in dem acht vnde seuentichstem jare, des negesten dages sunte Johannes Baptisten to myddemsomere, als he geboret wart.

Auf Pergament in einer klaren und festen cursivischen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hängt des Herzogs drittes Secretsiegel aus ungeläutertem Wachs mit eingelegter rother Wachsplatte: ein kleines rundes Siegel, in dessen unterm Theile, rechts gelehnt, zwei Schilde, rechts der in der obern Hälfte schraffirte schwerinsche, links der rostocksche Schild, beide durch eine Blume getrennt, stehen; über dem

Schilde steht unter einer Helmdecke ein rechts gekehrter, gekrönter Helm mit einem ganzen, vorwärts gerichteten, gekrönten Stierkopfe als Helmschmuck; Umschrift:

S'. ALB'TI . DVCIS . MAGNOP',

Nr. LXXX.

Der Bischof Potho von Schwerin entsetzt den Propst Johannes Reynwerstorp von Sonnenkamp seiner Würde, weil er die Pfarre zu Boizenburg angenommen hat, und bestellt den Vicar Johannes Provest von Lage wieder zum Propst des Klosters.

D. d. Stralsund 1385. Aug. 10.

Potho dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Zwerinensis dilectis in Christo sororibus priorisse et conuentui monasterii sanctimonialium Campi Solis, alias dicti Nygenkloster, ordinis Cistersiensis, nostre diocesis, omnibusque aliis et singulis, quorum interest vel quos infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire. Noueritis, ad nos ex veridicorum testimonio peruenisse, qualiter dudum honorabilis vir dominus Johannes Reynwerstorp, olim vester et vestri monasterii prepositus, non contentus prepositura monasterii vestri predicti, cui cura imminet animarum, aliud beneficium curatum, videlicet ecclesiam parrochialem in opido Boytzenborch, Ratzeburgensis diocesis, ex presentacione illustris principis domini Alberti ducis Magnopolensis, veri patroni, et institucione

seu collatione reuerendi in Christo patris et domini, domini Gherardi episcopi Ratzeburgensis, fuit adeptus, per cuius ecclesie in Boytzenborch adepcionem et pacificam possessionem dicta prepositura ipso iure diu vacauit et ad presens vacat, licet idem Johannes Reynwerstorp in predictam preposituram se propria temeritate de facto intensit et intendit, occupat et contra iuris disposicionem detinet occupatam in scandalum plurimorum et periculum animarum. Nos vero diuturnis vacacionibus et periculis animarum, quantum poterimus, occurere et saluti ipsarum prouidere volentes, predictam preposituram in Campo Solis, alias in Nygencloster, cuius collacio et prouisio seu queuis alia disposicio ad nos pertinere dinoscitur, ex iure ad nos deuoluto seu eciam ex alio iure nobis in dicte prepositure collacione quesito, honorabili viro domino Johanni dicto Prouest, vicario in Lawe, dicte nostre diocesis, tanquam benemerito, cum omnibus iuribus, fructibus, redditibus, prouentibus, obuencionibus, emolumentis et eorum pertinenciis vniuersis contulimus et conferimus per presentes ipsumque per manus nostre imposicionem inuestiuimus et inuestimus, de eadem curam animarum ipsius prepositure et ammistracionem in spiritualibus et temporalibus sibi committentes. Quare vobis priorisse et conuentui suprascriptis et cuilibet vestrum coniunctim et diuisim ac omnibus aliis, quarum interest vel interesse poterit, ad quas dicte prepositure eleccio seu queuis alia disposicio dinoscitur pertinere, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus, quatenus, cum requisite fueritis seu altera vestrum fuerit requisita per iamdictum dominum Johan-

nem dictum Prouest prepositum vestrum in Campo Solis, alias in Nygencloster, aut per procuratores vel procuratorem ad hoc per ipsum legitime constitutos seu constitutum, infra sex dies a tempore requisicionis seu notificacionis presencium ad sepedictam preposituram et amministracionem eiusdem in spiritualibus et temporalibus et ad omnia ipsius iura l bere admittatis et cum effectu recipiatis, ipsumque pro vero preposito vestro habeatis et tractetis, qui auctore altissimo poterit vobis et monasterio vestro vtiliter prodesse et salubriter preesse; alioquin dictis sex diebus elapsis, quos vobis et cuilibet vestrum ac aliis sua credentibus interesse pro trina et canonica monicione ac termino peremptorie assignamus, in vos priorissam et in omnes, ipsum dominum Johannem dictum Prouest prepositum vestrum prefatum in premissis inpedientes publice vel occulte, quocumque nomine censeantur, singulariter in singulas excommunicacionis et in conuentum suspensionis ac in monasterium prefati interdicti sentencias in hiis scriptis promulgamus. Insuper vobis omnibus et singulis parrochialium ecclesiarum rectoribus, vicerectoribus, perpetuis vicariis, altaristis, presbiteris, publicis notariis et clericis quibuscumque per et infra nostram diocesin vbilibet constitutis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et quemlibet vestrum huiusmodi mandatis nostris non parentes seu non parentem, trium tamen dierum canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, si non feceritis, quod mandatur, districte precipiendo mandamus, quatenus cum vos vel aliquis vestrum per prenominatum dominum Johannem dictum Prouest prepositum sepedicti monasterii fueritis requisiti seu fuerit requi-

situs, accedatis, quo propter hoc fuerit accedendum et presentim ad prenarratum monasterium in Campo Solis alias in Nygencloster et ipsum dominum Johannem dictum Prouest prepositum dicti monasterii in corporalem et realem possessionem ipsius prepositure ac iurium ac pertinenciarum eiusdem inducatis et inductum auctoritate nostra defendatis, ammoventes exinde prefatum dominum Johannem Reynwerstorp olim prepositum dicti monasterii in Campo Solis alias in Nygencloster intrusum et quemlibet alium illicitum detentorem per censuram ecclesiasticam seu quouis alio modo, quem et nos presentibus sic ammouemus. Datum Sundis anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, ipso die beati Laurencii martiris, nostro sub sigillo, presentibus honorabilibus viris dominis: magistro Nicolao de Insula in decretis licenciato, Johanne Kokemester perpetuo vicario in ecclesia Colbergensi, Arnoldo de Bardis, necnon Hinrico Kusel, clericis et presbiteris Zwerinensis diocesis, testibus premissorum.

Auf Pergament in einer festen, regelmässigen Minuskel. An einer Schnur von rother und grüner Seide hängt des Bischofs rundes Siegel auf eingelegter rother Wachsplatte; In einem elliptischen, mit Blumen verzierten Siegelfelde ragt über einer einfachen Brüstung des Bischofs halbes, infulirtes Bild hervor, in der Linken den Bischofsstab haltend, die Rechte zum Segen erhoben; unter der Brüstung stehen aufrecht neben einander zwei Wappenschilde: rechts ein (nicht quer getheilter) Schild mit den beiden kreuzweise gelegten Bischofsstäben, links ein Schild mit vier, schräge rechts gelegten Schrägebalken, welche senkrecht schraffirt sind. Umschrift:

S'. POTHONIS ‡ DEI ‡ GRACIA ‡ EPI ‡ SWERINENSIS ‡ MAIVS.

Nr. LXXXI.

Der Papst Urban VI. bestätigt dem Kloster Neukloster alle Privilegien.

D. d. Luca 1387. Junii 20.

Urbanus episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis . . preposito et . . priorisse ac conuentui monasterii Nouiclaustri, per prepositum et priorissam soliti gubernari, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis et honestis petentium desideriis fauorem beneuolum impertiri. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia uel alias indulgencias uobis et monasterio uestro predicto concessas, necnon libertates et exempciones secularium exaccionum, a regibus, principibus uel aliis Christi fidelibus racionabiliter uobis et monasterio predicto indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Luce XII kal. Julii, pontificatus nostri anno decimo.

Auf weissem Pergament in einer dicken römischen Minuskel, der Name des Papstes im Anfange mit verlängerter Schrift.

An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt die bleierne Bulle des Papstes, mit der Inschrift: URBANUS. PP. VI.; vor und hinter dem Namen Urbanus und dem Worte papa steht ein rechts hin schauender Vogelkopf; unter der letzten Zeile: PP. VI. stehen zwei ganze, rechts hin schauende Adler mit ausgebreiteten Flügeln. Diese Seite der Bleibulle ist auch abgebildet in Adelung Lehrg. der Dipl. Th. 7. Kupfer Nr. 20. — Auf dem Umschlage steht unter der Urkunde: R'ta (=Registrata) Gratis. Jo. de Maguncia:,. Oben auf der Rückseite steht: Ja. de Treueris.

Nr. LXXXII.

D. d. 1392. Nov. 5.

„Johan Reywerstorp prouest tome Nigen-„clostere, Wobbe Sconeke priore, Alheyt Preen „vnderpriore vnde dat gantze couent tome Nigenclo-stere" *verschreiben sich dem Knappen Johann Boensack zu Wismar über eine Anleihe von 20 Mark lüb. Pf.* — — „Gheuen — — des dinczedaghes na alle „godes hilghen."

Auf Pergament in einer Minuskel des 14. Jahrh. Des Propstes und des Convents Siegel fehlen an den anhangenden Pergamentstreifen.

Nr. LXXXIII.

D. d. Neukloster 1393. Jan. 5.

„Herr Johan Reuwerstorp prouest, Wolt-„berch Schoneke vnde gantze mene conuent des „godeshuses to dem Nigenclostere — — zetten „vnde laten — — Hennynk Barolde borgher-„mestere to Gustrow vnde synen rechten eruen

„twe houen — — vp deme velde des dorpes Zukow „myt den eruen vnde houen, de dar to horen, de nů „buwen vnd bezytten Laurentius . . . diges vnd Johann „Voghet, vnd den koten, de dar to horet, myt „aller vrucht vnd mit richte, mit denste vnd myt aller „tobehoringhe, vrygheit vnd egendům, — — vor sostig „mark lubescher pennynge — — an reden pennyngen, „de — to Gustrow genghe vnd gheue syn. — — Alle „desse vorscreuene stucke — — loue wy — prouest, „— priore — vnde conuent — — dessen vorbeno- „meden Hennyng Barolde vnd synen rechten eruen vnd „erer truweren hant den erlyken luden: Dyderik „Dessyne radmanne to Gustrow, Adrian Pa- „rem, Hinrik Brynkman vnde Hermen Dyste- „lowen stede vnde vast to holdende — — an dessem „breue, de gheuen ys to deme Nygenclostere — — „in deme auende der hilghen dryger konynghe. Tughe „desser dynk synt, de erlyken lude als: her Bertold „scolasticus to Gustrow, her Hinrik des rades „scryuer, her Johan Lunow kerkhere to Des- „syn, her Diderik Wynkelmann der vruwen „bigtegher to deme Nygenclostere vnd her „Nicolaus de kerkhere to Nakenstorpe vnd „Adrian Parem vnde vele anderer bedderuer lude, „de wol louen vnd tughes werdich synt."

Auf Pergament in einer breiten, flüchtigen cursivischen Minuskel des 15. Jahrhunderts. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel mit rothem Firniss überzogen. — An der ersten Stelle hängt des Propstes rundes Siegel: auf einem niedrigen Sessel sitzt eine einfach bekleidete weibliche Figur ohne Schmuck und Attribute; neben ihr steht auf dem Sessel ein eben so schmucklos dargestelltes Kind, welches die weibliche Figur mit der linken Hand hält, (ein Marienbild mit dem Christkinde?); mit der rechten Hand hält sie einen

auf den Sessel rechts gelehnten Wappenschild mit einem wachsenden Thiere, wie ein halber Widder gestaltet; Umschrift:

✠ S'. IOhIS . RЄVWЄRSTORP . PPOI . ЄAMPI . SOL.

An der zweiten Stelle hängt das zweite Convents-Siegel. Die (eingelöste) Urkunde ist durchschnitten.

Nr. LXXXIV.

D. d. Neukloster 1395. Jan. 16.

Meynardus von Minden *Präpositus*, Walburgis Schoneke *Priorin*, Alheidis Preen *Subpriorin und der ganze Nonnen-Convent zu Neukloster, sonst* (antiquitus) *Sonnenkamp genannt, verkaufen wiederkäuflich den ehrwürdigen Herren Brüdern des Kalands oder der Brüderschaft Unser lieben Frauen* („honorabilibus viris ac dominis fratribus kalen-„darum seu fraternitatis beate Marie virginis"), *früher in Holstein, welche in neuerer Zeit in Lübeck in der St. Johannis-Kirche zusammenkommen* („olim in Holsacia, moderno vero tempore in Lubik in „ecclesia beati Johannis ewang. conuenientibus"), *eine Rente* (animales redditus) *von drei Mark und acht Schillingen lüb. Pf.* (ad diuinum cultum spectantes) *für 50 Mark derselben Münze.* „Datum et „actum in Nouo Claustro, antiquitus dicto „Campus Solis, — — in die beati Marcelli et martiris gloriosi."

Auf Pergament in der cursivischen Minuskel des 15. Jahrh. Angehängt sind zwei Pergamentstreifen, an deren erstem allein noch das Siegel hängt. Dieses ist das elliptische Siegel des Propstes Meinhard von Minden: in einer reichen go-

thischen Nische ein ganzes Marienbild mit dem Christkinde; Umschrift:

✠ S. MEYNARDI . DE . MINDEN . PPTI . NOVI . CLAVSTRI .

Das Convents-Siegel ist abgefallen.

Meynhard von Minden war seit dem J. 1399 Priester und ward im J. 1408, als Vikar in der Marienkirche zu Rostock, (ob laudabilia probitatis et virtutum merita) zum Canonicus des Collegiatstiftes zu Bützow aufgenommen.

Nr. LXXXV.

D. d. Neukloster 1395. Nov. 14.

Meynardus von Minden *Präpositus,* Walburgis Schoneke *Priorin,* Alheydis Preen *Subpriorin und der ganze Nonnen-Convent zu Neukloster, sonst Sonnenkamp genannt, verkaufen* („matura deliberacione tractantes vtilitates monasterii, capitulariter ad „sonitum campanae congregati) *wiederkäuflich den ehrwürdigen Männern, Herren Priestern und Laien* („honorabilibus et prouidis viris dominis presbiteris ac „laycis): Johann Reuentlo *Vikar an der Marienkirche zu Lübeck, der Zeit Präceptor* („nunc pre„ceptori pro tempore") *der Brüderschaft Unser lieben Frauen, der Apostel Petrus und Paulus und der Heil. drei Könige,* Johann von Seuen *Canonicus von Schleswig,* Heinrich Beuersteden *Vikar an der Jacobi-Kirche zu Lübeck,* Ulrich Nyestad, Dieterich Schonewedder, *Laien, und allen andern Priestern und Laien derselben Brüderschaft und ihren Nachfolgern, fünf Mark lüb. Pf. Renten für 80 Mark lüb. Pf. zur Armenpflege* („in vsus pauperum „distribuentes"). — — Datum et actum in Nouo

„Claustro, antiquitus dicto Campus Solis, — —
„dominica proxima post festum beati Martini episcopi
„gloriosi.“

Auf Pergament in einer gedrängten, festen Minuskel. An Pergamentstreifen hangen des Propstes Siegel, wie es zur Urk. Nr. LXXXIV. beschrieben ist, und des Convents Siegel aus ungeläutertem Wachs.

Nr. LXXXVI.

Der Papst Bonifacius IX. befiehlt dem schweriner Official, dem Kloster Neukloster die demselben entwehrten oder entzogenen Güter wieder zu verschaffen.

D. d. Rom 1395. Dec. 22.

